


Ex Bibliotheca MARIAE
Congregationis Oratorii C
ponensis.

Lit.

Num.





MO. — 520 —

~~B-7-120~~ C-6-245

20-4-7



RES

5437P.

HORAE, in laudem beatiss. virgi-
nis **MARIAE**, Ad vsum Roma-
num. Officium Triplex.

Parrhisijs, apud Oliuerium Mallard
impressorem Regium.

**MENTI BONAE DEVS
OCCVRRIT.**



g. Ballisidans. g.

Cum priuilegio Summi Pont. Et
Regis Christianiss. ad Decēniū, &
vltra. vt in calce hui⁹ Operis patet.



Almanach pro annis xxx.

Annus Quadra Pascha Nūc. Litera Bis-
Domini gesima. aureus domini. sex.

1542	26 Feb.	9 Apri.	4	A
1543	11 Feb.	25 Mar.	5	G
1544	2 Mar.	13 Apri.	6	F
1545	22 Feb.	5 Apri.	7	D
1546	14 Mar.	25 Apri.	8	C
1547	27 Feb.	10 Apri.	9	B
1548	19 Feb.	1 Apri.	10	A
1549	10 Mar.	21 Apri.	11	F
1550	23 Feb.	6 Apri.	12	E
1551	15 Feb.	29 Mar.	13	D
1552	6 Mar.	17 Apri.	14	C
1553	19 Feb.	2 Apri.	15	A
1554	11 Feb.	25 Mar.	16	G
1555	3 Mar.	14 Apri.	17	F
1556	16 Feb.	29 Mar.	18	D
1557	7 Mar.	18 Apri.	19	C
1558	27 Feb.	10 Apri.	1	B
1559	12 Feb.	26 Mar.	2	A
1560	3 Mar.	14 Apri.	3	G
1561	23 Feb.	6 Apri.	4	E
1562	15 Feb.	29 Mar.	5	D
1563	28 Feb.	11 Apri.	6	C
1564	20 Feb.	2 Apri.	7	B
1565	11 Mar.	22 Apri.	8	G
1566	3 Mar.	14 Apri.	9	F
1567	16 Feb.	30 Mar.	10	E
1568	8 Mar.	18 Apri.	11	D
1569	27 Feb.	10 Apri.	12	B
1570	12 Feb.	26 Mar.	13	A
1571	4 Mar.	15 Apri.	14	G





De Anno & partibus eius.

Annus, Menses habet duodecim, Hebdomadas duas & quinquaginta & diem vnū. Dies vero, trecentos sexagintaquinque, & sex horas.

Ex quot diebus constet vnusquisq; mēsis.

Triginta Aprilis, Iuni, Septemque, Nouemque.

Vno plus alij, viginti Februus octo.

At si bissextus fuerit, superadditur vnus.

Et tunc bissexto Martij conscribc Calendas.

De numero Nonarum ac Iduum singulorum mensium.

Sex Nonas Maius, October, Iulius, & Mars.

Quatuor at reliqui: dabit Idus quilibet octo. Et notandum: primo quoque die mēsis dicēdum Calēdis. Quinto, Nonis. Decimotertio, Idibus vbi Nonæ quatuor. vbi vero sex, Septimo, Nonis. Decimoquinto, Idibus in casu sexto. Reliquis autē diebus pridie, tertio, quarto Calendas, aut Nonas, aut Idus in casu quarto retrorsum numerando vsque ad eum diem, quo aut Calendis aut Nonis, aut Idibus dicimus.

De aureo numero.

Numerus aureus anni 1542 est 4 sed anni 1543, erit 5, inde 6 inde 7, vsque ad 19 tum redeūdū ad vnū. atque ita anno 1558, aureus numerus erit 1, sequēti autē 2, hinc 3, hinc 4, vsque ad 19, deinde redeundum item ad vnum, & per circumitum semper



ab vno ad decimum nonum.

Quo die in singulis mēsi. sit cōiūctio lunę.

Notandum quinto die supra literá alpha-
beti, quæ posita est contra numerum aureū
vniuscuiusque anni esse coitum lunæ singu-
lis mensibus, verbi gratia. aureus numerus
anni 1542 est 4 qui numerus e regiōe 20
diei Ianuarij, est contra f literam. nume-
ra igitur ab ea litera inclusiue vsque ad b
literá eiusdē mensis. vel numerádo 1, 2, 3,
4, 5, vel dicendo hæc syllabatim, hic no ua
lu na, vbi vel 5, vel na dixeris, erit nouilu-
nium, idque temporibus nostris. nam an-
nis voluentibus vel sexto, vel septimo, vel
octauo. & deinceps die supra literá alpha-
beti quæ contra numerum aureum singu-
lorum annorum posita fuerit, erit coniun-
ctio lunæ: tuncque augendus est numerus
syllabarum supra quinq; syllabas, vna syl-
laba, sic, hic est no ua lu na. inde duabus sic,
hic erit no ua lu na. & sic deinceps adden-
do prioribus syllabam. atque vbi na dixe-
ris: eo die erit coniunctio lunæ.

*An verus Aureus numerus sit in singulis
mensibus.*

Item notandū sic facile cognosci posse, an
in singulo quoque mense verus sit aureus
numerus. adde post vnumquēque numerū,
octo, vsque ad 19 & qui ex additione octo
euenerit numerus, verus erit aureus nume-
rus. Quod si supra nonumdecimum addē-
do octo, euaseris numerū: qui reliquus fue-
rit, dēpto nonodecimo, ver^o erit numerus.

I Anuarius habet dies **xxxj.**
Luna vero habet **xxx.**

3	A	Calendis.	Cir. Domini Di. eger.	1
	b	4	Octa. sancti Stephani.	2
11	c	3	Octava sancti Ioannis.	3
	d	Pridie	Octa. sancto. Innocé.	4
19	e	Nonis	Thelesphori papæ.	5
8	f	8	Epiphania Domini.	6
	g	7	Claues lxx.	7
16	A	6	Rigoberti episcopi.	8
5	b	5	Martianæ virginis.	9
	c	4	Pauli primi eremite.	10
13	d	3	Iginij martyris	11
2	e	Pridie	Satyri martyris.	12
	f	Idibus	Octava Epiphaniæ.	13
10	g	19	Ca. Feb. Fœlicis presbyte.	14
	A	18	Mau. ab. Sol in aqua.	15
18	b	17	Marcelli p. & mart.	16
7	c	16	Antonij abbatis.	17
	d	15	Priscæ virginis.	18
15	e	14	Marij cum so. mart.	19
4	f	13	Fabia. & Seba. mart.	20
	g	12	Agnetis virginis.	21
12	A	11	Vincentij marty.	22
1	b	10	Emerentianæ virgi.	23
	c	9	Timot. disci. Pau.	24
9	d	8	Conuer. Pau. Di. æg.	25
	e	7	Policarpi martyris.	26
17	f	6	Iuliani episcopi.	27
6	g	5	Agnc. se. Claues. xl.	28
	A	4	Valerij episcopi.	29
14	b	3	Batildis reginæ.	30
3	c	Pridie	Cirici & Ioan. mar.	31

F Ebruarius habet dies **xxviiij.**

Luna vero habet **xxix.**

Cum vero bissextus fuerit: habet dies **xxix**

Luna autem **xxx.**

d	Calendis	Ignatij episcopi	1	
11 e	4	Purificatio b. Mariæ.	2	
19 f	3	Blasij episc. & marty.	3	
8 g	Pridie	Gilber. cō	Dies æger 4	
	A Nonis	Agathæ vir. & mart.	5	
16 b	8	Dorotheæ virginis	6	
5 c	7	Moyseti episcopi	7	
	d	Salomonis martyris	8	
13 e	5	Apollonię vir. & mar.	9	
2 f	4	Scolasticæ virginis	10	
	g	Sotheris papæ	11	
10 a	A Pridie	Eulaliæ vir. & mar.	12	
	b	Idibus	Fulcrani episcopi	13
18 c	16	Ca. Mar.	Valentini martyris	14
7 d	15	Faustini episcopi	15	
	e	Iulianæ virginis	16	
15 f	13	Sol in piscibus.	17	
4 g	12	Simeonis mar. e. hier.	18	
	A	Sabini presbyteii	19	
12 b	10	Galli pres. & confe.	20	
1 c	9	lxxix, martyrum	21	
	d	Cathedra san. Petri	22	
9 e	7	Vigilia.	23	
	f	Math. apo. Lo. bis.	24	
17 g	5	Alexandrini episc.	25	
6 a	4	Dies æger.	26	
	b	Leandri episcopi	27	
14 c	Pridie	Romani abbatis	28	

M Artius habet dies xxxj.
Luna vero habet xxx.

3	d	Calendis	Albini epi	Dies æger	1
	e	6	Nicetij episcopi		2
11	f	5	Maximi martyris		3
	g	4	Adriani martyris		4
19	A	3	Focæ martyris		5
8	b	Pridie	Victoris martyris		6
	c	Nonis	Thomæ aqvi, confes.		7
16	d	8	Apollonij martyris		8
5	e	7	Quadraginta marty.		9
	f	6	Vgi archiepiscopi		10
13	g	5	Claues paschæ		11
2	A	4	Gregorij papæ		12
	b	3	Euphrasiæ virginis		13
10	c	Pridie	Zachariæ papæ		14
	d	Idibus	Gabrielis archange.		15
18	e	17 Cal. Apr.	Ioseph confessoris		16
7	f	16	Sancti Ioachim		17
	g	15	Ansel. e. Sol in arie.		18
15	A	14			19
4	b	13	Guberti confessoris		20
	c	12	Benedicti abbatis		21
12	d	11	Pauli episc. Narbo.		22
1	e	10	Pygmeni epi. & mar.		23
	f	9	Theodori presby.		24
9	g	8	Annüciatio Mariæ.		25
	A	7	Castorij martyris		26
17	b	6	Ruperti episcopi		27
6	c	5	Grödani, Dies æger.		28
	d	4	Quintini martyris		29
14	e	3	Secundi martyris		30
3	f	Pridie	Sabinę virginis		31

SOLI DEO

LAVS

HONOR

A Prilis habet dies xxx.
Luna vero habet xxix.

	g	Calendis	Theodoræ vir. & mar.	1
11	A	4	Mariæ ægyptiacæ	2
	b	3	Pancratij marty.	3
19	c	Pridie	Ambrosij episco.	4
8	d	Nonis	Vincentij confessoris	5
16	e	8	Cælestini papæ.	6
5	f	7	Eufemiæ virginis.	7
	g	6	Perpetuæ virgins	8
13	A	5	Prochori marty.	9
2	b	4	Apollonij presby.	10
	c	3	Dies æger.	11
10	d	Pridie	Zeni episco. Veronæ.	12
	e	Idibus	Euphemie virginis	13
18	f	18 Ca. Maij	Tiburtij mart.	14
7	g	17	Hele. Claues Rogat.	15
	A	16	Isidoris martyris.	16
15	b	15	Anic. pa. Sol in tau.	17
4	c	14	Præfecti ps. & mart.	18
	d	13	Crescen. Dies æger.	19
12	e	12	Sulpitij & Serui.	20
1	f	11	Simeonis episcopi	21
	g	10	Sotheris papæ	22
9	A	9	Georgij martyris.	23
	b	8	Gregorij episco.	24
17	c	7	Marci euangelistæ.	25
6	d	6	Cleti papæ	26
	e	5	Anastahj papæ.	27
14	f	4	Vitalis martyris	28
3	g	3	Petri mar. Cla. pen.	29
	A	Pridie	Eutropij ep. & mar.	30

SOLI DEO

LAUS

HONOR

MAius habet dies xxxi.
Luna vero habet xxx.

11	b	Calendis	Philippi & Iaco.ap.	1
	c	6	Sigismundi regis	2
19	d	5	Inuēt. f Cru. Dies æg.	3
8	e	4	Floriani martyris	4
	f	3	Gothardi	5
16	g	Pridie	Ioan. ante por. Lati.	6
5	A	Nonis	Cleti papæ & marty.	7
	b	8	Appari. sancti Micha.	8
13	c	7	Trāsſa. ſan. Nicolai	9
2	d	6	Gordi. & Epima.	10
	e	5	Māmer. & Maio.	11
10	f	4	Nerei & Achillei	12
	g	3	Theodoræ virginis	13
18	A	Pridie	Boni. pa. Dies æger.	14
7	b	Idibus	Iſidori martyris	15
	c	17	Cal. Iunij Honorati episcopi	16
15	d	16	Tropetæ martyris	17
4	e	15	Fœli. ep. Sol in gem.	18
	f	14	Potentianæ virgi.	19
12	g	13	Bernardini confes.	20
1	A	12	Valentis episco.	21
	b	11	Helenæ reginæ	22
9	c	10	Deſyderij ep. & mar.	23
	d	9	Donatia. & Ro.	24
17	e	8	Vrbani pa. & marty.	25
6	f	7	Eleutherij martyris	26
	g	6	Ioannis pap. & mar.	27
14	A	5	Germani epi. Pari.	28
3	b	4	Maximi episcopi.	29
	c	3	Fœlicis pap. & mar.	30
11	d	Pridie	Petronillæ virginis	31

I Vnius habet diesxxx.
Luna vero habetxxxix.

	e	Calendis	Iustini presbyteri	1
19	f	4	Marcel. & Pet. mart.	2
8	g	3	Pergentini martyris	3
16	A	Pridie	Quirini epi & mart.	4
5	b	Nonis	Bonifacij epi. & mar.	5
	c	8	Claudij epis. & cofes.	6
13	d	7	Pauli episc. constanti.	7
2	e	6	Medardi & Gil. con.	8
	f	5	Primi & Foelicia. mar.	9
10	g	4	Landerici episcopi	10
	A	3	Barna. apo Di. xger.	11
18	b	Pridie	Basil. Cyrini Nab.	12
7	c	Idibus	Antonij confes. pad.	13
	d	18 Cal. Iul.	Basilij episcopi	14
15	e	17	Viti & Mo. Di. xger.	15
4	f	16	Cirici & Iulitæ mar.	16
	g	15	Aui. ab. Sol in cācro	17
12	A	14	Marci & marcel. mar.	18
1	b	13	Geruasij & Protha.	19
	c	12	Syluerij pa. & mar.	20
9	d	11	Ianuariæ virginis	21
	e	10	Paulini epi & cofes.	22
17	f	9	Vigilia.	23
6	g	8	Natiui. Ioan. Bap.	24
	A	7	Amandi episcopi	25
14	b	6	Ioannis & Pau. mar.	26
3	c	5	Crescentij episcopi	27
	d	4	Leonis pa. Vigilia.	28
11	e	3	Petri & Pauli apo.	29
	f	Pridie	Commemo. s. Pauli	30

I Vlius habet dies xxxj.

Luna vero habet xxx.

Calendis		O&a. sancti Io. Bap.	
19 g			1
8 A	6	Visita. beatæ Mariæ.	2
b	5	Trans. sancti Thomæ	3
16 c	4	Trans. sancti Martini	4
5 d	3	Domitij martyris	5
e	Pridie	Dies caniculares	6
13 f	Nonis		7
2 g	8	Procopij martyris	8
A	7	Zenonis martyris	9
10 b	6	Ruffinæ virginis	10
c	5	Pij papæ & martyris	11
18 d	4	Naboris & Fœlicis	12
7 e	3	Priuari martyris	13
f	Pridie	Hera. e. Dies æger.	14
15 g	Idibus	Quiriti & Iulitæ	15
4 A	17 Ca. Au.	Eustachij	16
b	16	Alexij confessoris	17
12 c	15	Arnul. e. Sol in leo.	18
1 d	14	Arsenij eremitæ	19
e	13	Margaretæ virgi.	20
9 f	12	Victo. mar. Di. æger	21
g	11	Mariæ Magdalenæ.	22
17 A	10	Apollinaris episco.	23
6 b	9	Christi. vir. Vigil.	24
c	8	Iaco. ap. Christ. mar.	25
14 d	7	Anne matris Marię	26
3 e	6	Septem dormiētiū	27
f	5	Nazarij & celsi	28
11 g	4	Marthæ virginis	29
19 A	3	Abdon & Sennen	30
b	Pridie	Faustini confessoris	31

A Vgustus habet dies xxxj.
Luna vero habet xxx.

8	c	Calendis	ad vinc. Pet. Dies æg.	1
16	d	4	Stephani papæ	2
5	e	3	Inuentio san. Stepha.	3
	f	Pridie	Iustini presbyteri	4
13	g	Nonis	Mariæ de niuis	5
2	A	8	Trãssfiguratio Domi.	6
	b	7	Donati episcopi	7
10	c	6	Ciriaci & socio. eius	8
	d	5	Romani mar. Vigil.	9
18	e	4	Laurentij martyr	10
7	f	3	Tybertij & Susannę	11
	g	Pridie	Clare virginis	12
15	A	Idibus	Hippoly. & so. eius	13
4	b	19 Ca. Sep.	Eusebij conf. Vigil.	14
	c	18	Assump. bea. Marię.	15
12	d	17	Rochi confessoris	16
1	e	16	oçtaua san. Laurentij	17
	f	15	Agap. mar. Sol i vir.	18
9	g	14	Ludouici episco.	19
	A	13	Bernardi abbatis	20
17	b	12	Anastasij mar.	21
6	c	11	oçta. beatae Mariæ	22
	d	10	Vigilia.	23
14	e	9	Bartholomæi apo.	24
3	f	8	Ludouici reg. Fran.	25
	g	7	Zephe. pa. & marty.	26
11	A	6	Geor. & Aure. mar.	27
19	b	5	Augustini episcopi	28
	c	4	Decol. Ioan. Bapti.	29
8	d	3	Dies æger.	30
	e	Pridie	Fœlicis confessoris	31

September habet dies xxx.
Luna vero habet xxix.

16 f	Calendis	Egidij abbatis	1
5 g	4	Antonini martyris	2
A	3	Lupi epif. Dies æger.	3
13 b	Pridie	Moyfi confessoris	4
2 c	Nonis	Victorini martyris	5
d	8	Zachariæ prophetæ	6
10 e	7	Clodoaldi cōfessoris	7
f	6	Natiuitas bea. Mariæ	8
18 g	5	Gorgonij martyris	9
7 A	4	Sauli episcopi	10
b	3	Proti & Hyacinthi	11
15 c	Pridie	Maximiani	12
4 d	Idibus	Maurilij episcopi	13
e	18 Ca. Oc.	Exaltatio san. Cru.	14
12 f	17	Nicomedis marty.	15
1 g	16	Eufemię vir. & mar.	16
A	15	Lamberti episcopi	17
9 b	14	Sol in libra	18
c	13	Ianuarij epi. marty.	19
17 d	12	Vigilia Dies æger.	20
6 e	11	Matthæi apo. & euā.	21
f	10	Mauricij cum socijs	22
14 g	9	Lini papæ	23
3 A	8	Ruperti episcopi	24
b	7	Firmini episcopi	25
11 c	6	Cypriani & Iusti.	26
19 d	5	Cosmæ & Damiani	27
e	4	Exuperij epif. & cō.	28
8 f	3	Michaelis archang.	29
g	Pridie	Hieronymi docto.	30

October habet dies xxxj.

Luna vero habet xxx.

16	A	Calendis	Remigij epi & conf.	1
5	b	6	Transla. san. Claræ	2
13	c	5	Cádi. mar Dies æger.	3
2	d	4	Francisci confesso.	4
	e	3	Placidi cum so. mart.	5
10	f	Pridie	Fidis virgi. & marty.	6
	g	Nonis	Marci papæ & con.	7
18	A	8	Pelagiæ peccatri.	8
7	b	7	Dionysij & so. cius	9
	c	6	Cerbonij episcopi	10
15	d	5	Nicasij episcopi	11
4	e	4	Eustachij presbyte.	12
	f	3	Geraldi confessoris	13
12	g	Pridie	Calixti pap. & mar.	14
1	A	Idibus	Antiochi episcopi	15
	b	17 Ca. Nou.	Luciani & socio.	16
9	c	16	Lucinæ romanæ	17
	d	15	Lucæ evangelistæ	18
17	e	14	Sol in scorpione	19
6	f	13	Caprasij martyris	20
	g	12	xj. mi. vir. Dies æger.	21
14	A	11	Meloni episcopi	22
3	b	10	Seuerini episcopi	23
	c	9	Maglorij episcopi	24
11	d	8	Crispini & Crispi.	25
19	e	7	Euaristi pa. & mar.	26
	f	6	Vigilia.	27
8	g	5	Simo. & Iu. aposto.	28
	A	+	Zenobij presbyte.	29
16	b	3	Bernardi episcopi	30
5	c	Pridie	Quintini mar. Vigi.	31

Nouember habet dies xxx.
Luna vero habet xxix.

	d	Calendis	Festū oīm Sanctorū	1
13	e	4	Comme. defunctorū.	2
2	f	3	Restituti.	3
	g	Pridie	Amantij.	4
10	A	Nonis	Dies æger.	5
	b	8	Leonardi confessoris	6
18	c	7	Herculani episcopi	7
7	d	6	Quatuor corona.	8
	e	5	Theodori martyris	9
15	f		Martini & Verani	10
4	g	3	Martini episcopi	11
	A	Pridie	Martini pa. & mart.	12
12	b	Idibus	Britij episcopi	13
1	c	Ca. Decē.	Ioan. epi & confes.	14
	d	17	Eugenij martyris	15
9	e	16	Eucharij episcopi	16
	f	15	Sol in sagitario	17
17	g	14	Romani episcopi	18
6	A	13	Helizabet re.	19
	b	12	Edmun. re. & mart.	20
14	c	11	Columbani	21
3	d	10	Cæcilie virginis	22
	e	9	Clementis papæ	23
11	f	8	Grisogoni marty.	24
16	g	7	Caterinæ virginis	25
	A	6	Lini papæ	26
8	b	5	Agricolæ martyris	27
	c	4	Prospie. Dies æger.	28
16	d	3	Saturni. mar. Vigil.	29
5	e	Pridie	Andræ apostoli	30



D		December habet dies xxxi.	
		Luna vero habet xx.	
	f	Calendis	Eligij epif. & cōfesso. 1
13	g	4	Bibianæ virginis 2
2	A	3	Cassiani martyris 3
10	b	Pridie	Barbaræ virginis 4
	c	Nonis	Sabbæ abbatis 5
18	d	8	Nicolai epif. & cōfes. 6
7	e	7	Dies æger. 7
	f	6	Conceptio bea. Ma. 8
15	g	5	Prouoli episcopi 9
4	A	4	Eulaliæ virginis 10
	b	3	Damasi papæ & con. 11
12	c	Pridie	Valerij abbatis 12
1	d	Idibus	Luciæ virg. & Mart. 13
	e	19 Cal. Ia.	Nigasij epi. & mart. 14
9	f	18	Valeriani episcopi 15
	g	17	Melerij episcopi 16
17	A	16	Laza. e. Sol in capri. 17
6	b	15	Antonillæ virginis 18
	c	14	Clemētis pres. & cō. 19
14	d	13	Domitiani ab. Vig. 20
3	e	12	Tho. apo. Dies æger. 21
	f	11	Theodosiæ virginis 22
11	g	10	Seruili confessoris 23
19	A	9	Vigilia. 24
	b	8	Natiuitas Domini. 25
8	c	7	Stephani ptomar. 26
	d	6	Ioan. apo. & euang. 27
16	e	5	Sanctorū Innocētiū 28
5	f	4	Thomæ archiepisc. 29
	g	3	Sabini epif. & mart. 30
13	A	Pridie	Siluestri papæ. 31



Initium sancti euangelij secundum
Ioannem. Gloria tibi Domine. j.



In principio erat verbū, & ver-
bum erat apud deū, & deus erat
verbum. Hoc erat in principio
apud deū. Omnia per ipsum fa-
cta sunt: & sine ipso factum est nihil. Quod
factum est in ipso, vita erat: & vita erat lux
hominū. Et lux ī tenebris lucet: & tenebrę
eam non cōprehenderūt. Fuit homo mis-
sus a deo: cui nomen erat Ioannes. Hic ve-
nit in testimonium, vt testimonium perhi-
beret de lumine: vt omnes crederēt per il-
lum. Non erat ille lux: sed vt testimonium
perhiberet de lumine. Erat lux vera quę
illuminat oēm hominem veniētem in hūc
mundum. In mundo erat, & mundus per
ipsum factus est, & mundus eū non cogno-
uit. In propria venit: & sui eum nō receperūt.
Quotquot autem receperunt eū, dedit
eis potestātē filios dei fieri: his qui credūt
in noīe eius. Qui non ex sanguinibus, neq;
ex voluntate carnis, neq; ex volūtate viri,
sed ex deo nati sunr. Et verbum caro factū
est: & habitauit in nobis. (Et vidimus glo-
riam eius gloriā quasi vnigeniti a patre.)
Plenum gratiæ, & veritatis. Deo grarias.
Per euāgelica dicta, delcātur nostra delicta
Amen. ān. Te inuocamus, te adoramus, te
laudamus, te glorificamus o beata trinitas.





Versus. Sit nomen Domini benedictū. Respō. Ex hoc nūc & vsq; in seculū. Oremus.

Protector in te sperantiū deus: sine quo nihil est validum, nihil sanctum: multiplica super nos misericordiam tuam: vt te rectore, te duce sic transeamus per bona tēporalia, vt nō amittamus æterna. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Sequētia, sancti Euangelij secūdum Lucam. Gloria tibi domine. Lu. ij.

In illo tempore. Missus est Angelus Gabriel a Deo, in ciuitatem Galileæ: cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro: cui nomen erat Ioseph de domo David: & nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus, ad eā dixit: Ave gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius: & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus: & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus sedē David patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternū: & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud: quoniam virum non cognosco? Et respondēs Angelus, di-





xit ei: Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te, sanctum: vocabitur filius Dei. Et ecce Elizabeth cognata tua: & ipsa cōcepit filiū in senectute sua. Et hic mensis, sextus est illi quæ vocatur sterilis: quia nō erit impossibile apud deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini: fiat mihi secūdam verbum tuum. Deo gratias.

¶ **S**equentia, sancti Euangelij secūdam Matthæum. Gloria tibi Domine. ij.



¶ **Q**uoniam natus esset Iesus in Bethleē Iudæ, in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicētes: Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus enī stellam eius in Oriēte, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes Rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cū illo. Et cōgregans oēs Principes Sacerdotum & Scribas populi, sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. At illi dixerūt ei: In Bethleem Iudæ. Sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu Bethleē terra Iuda, nequaquā minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethleem,





dixit: Ite, & interrogate diligenter de pue-
ro: & cum inueneritis, renunciate mihi, vt
& ego veniens adorem eum. Qui cum au-
dissent Regem, abierunt. Et ecce stellâ quâ
viderant in Oriëte, antecedebat eos vsque
dum veniēs staret supra vbi erat puer. Vi-
dentes autē stellam, gauisi sunt gaudio ma-
gno valde. Et intrantes domum, inuenerūt
puerum, cum Maria matre eius, & procidē-
tes adorauerunt eum. Et apertis thesauris
suis, obtulerunt ei munera: aurum, thus, &
myrrham. Et responso accepto in somnis,
ne redirent ad Herodem: per aliam viâ re-
uerſi sunt in regionem suam. Deo gratias.

¶ Sequentia, sancti Euangelij secundum
Marcum. Gloria tibi Domine. xvj.

In illo tempore. Recumbentibus
vndecim Discipulis, apparuit il-
lis Iesus: & exprobrauit increduli-
tatem eorū & duritiam cordis:
quia his qui viderāt eum resurrexisse, non
crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mun-
dum vniuersum, prædicate Euāgeliū omni
creature. Qui crediderit, & baptizatus fue-
rit: saluus erit. Qui vero non crediderit:
condemnabitur. Signa autem eos qui cre-
diderint: hæc sequentur. In nomine meo,
Dæmonia eiicient. Linguis loquentur no-
uis. Serpētes tollēt. Et si mortiferum quid
biberint: non eis nocebit. Super ægros ma-





nus imponent: & bene habebūt. Et Dominus quidē Iesus postquā locutus est eis, assumptus est in cælum: & sedit a dextris Dei. Illi autē profecti, prædicauerūt vbiq; Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Deo gratias.

¶ Oratio de quatuor Euangelistis dormituro dicenda.

Custos esto meus, dum dormio nocte Matthæus.

Marce precare Iesum, ne sim plutonis infans.

Huic cameræ præsto Luca defensor adesto.

Te precor vt damnes cuncta phantasma Ioannes.

¶ Commemoratio Euangelistarum.

ñ. Isti sunt quatuor oliuæ, & quatuor candelabra ante Deum lucentia: quorū doctrina fulget ecclesia. Versus. Orate pro nobis sancti apostoli & euangelistæ Dei. Responsorium. Vt digni efficiamur promissionibus Christi. Oremus.

Deus qui hodierna die apostolorum & euangelistarum tuorum, Ioannis, Lucæ, Matthæi & Marci commemorationem facimus: eorum precibus & meritis intercedentibus, ab omnibus nos absolue peccatis. Per Christum Dominum nostrum.

A M E N.

Dominica in Ramis
Palmarum.

Passio Domini nostri Iesu Christi
secūdum Matthæum. xxvj. Capite.



In illo tempore. Dixit
Iesus Discipulis suis.
Sciris quia post biduū
Pascha fiet, & filius ho-

minis tradetur vt crucifigatur.
Tunc congregati sunt Principes
Sacerdotum & seniores populi in
atrium Prīcipis Sacerdotum, qui
dicebatur Caïphas: & consilium fecerunt,
vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Di-
cebant autem: Non in die festo: ne forte tu
multus fieret in populo. Cum autem Iesus
esset in Bethania, in dōmo Simonis lepro-
si: accessit ad eū mulier, habens alabastrum
vnguenti preciosi: & effudit super caput
ipsius recumbentis. Videntes autem Disci-
puli, indignati sunt, dicētes: Vt quid per-
ditio hæc? Potuit enim istud venūdari mul-
to, & dari pauperibus. Sciens autem Iesus,
ait illis: Quid molesti estis huic mulieri?
opus enim bonum operata est in me. Nam
semper pauperes habetis vobiscum: me au-
tem non semper habetis. Mittēs enim hæc
vnguentum hoc in corpus meum: ad sepe-
liēdum me fecit. Amen dico vobis: vbi cū-
que prædicatum fuerit hoc Euangelium





in toto mundo, dicitur q̄ hęc fecit, in memoriam eius. Tūc abiit vnus de duodecim [qui dicitur Iudas Iscariotes] ad principes Sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare: & ego vobis cum tradam? At illi constituerunt ei Triginta argēteos. Et exinde querebat oportunitatem vt eum traderet. Prima autem die Azimorum, accesserunt Discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? At Iesus dixit: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum Discipulis meis. Et fecerunt Discipuli, sicut constituit illis Iesus: & parauerūt Pascha, Vespere autem factō, discumbebat cum Duodecim Discipulis suis. Et edentibus illis, dixit: Amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est. Et contristati valde, cœperunt singuli dicere. Nunquid ego sum Domine? At ipse respondens, ait: Qui intingit mecum maum in paropside: hic me tradet. Filius quidē hominis vadit, sicut scriptum est de illo. Væ autem homini illi per quem Filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego sum Rabbi? Ait illi. Tu dixisti. Cœnantibus autem cis, accepit Iesus panem: & benedixit, ac fregit: deditq; Disci-





pulis suis, & ait: Accipite & comedite: hoc est Corpus meum. Et accipiens Calicem, gratias egit: & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus novi testamenti: qui pro multis effundetur in remissionē peccatorum. Dico autē vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsq; in diem illum cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. Et hymno dicto, exierūt in Montem Oliueti. Tūc dixit illis Iesus: Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptū est enī: Percutiam pastorem: & dispergentur oues gregis. Postquā autem resurrexero: præcedam vos in Galilæam. Respōdēs autē Petrus, ait illi: Et si omnes scādalizati fuerint in te: ego nūquā scādalizabor. Ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia in hac nocte antequā Gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecū, non te negabo. Similiter & omnes Discipuli dixerunt. Tunc venit Iesus cum illis, in villā quę dicitur Gethsemani: & dixit Discipulis suis: Sedete hic, donec vadam illuc & orcm. Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari & mœstus esse. Tūc ait illis: Tristis est anima mea, vsq; ad mortē. Sustinete hic, & vigilate mecum. Et progressus pusillum: prociudit in faciem suam, orās & dicēs: Pater mi,






si possibile est, transeat a me Calix iste . Ve
runtamen non sicut ego volo : sed sicut tu.
Et venit ad Discipulos suos, & inuenit eos
dormientes:& dixit Petro:Sic non potui-
stis vna hora vigilare mecum? Vigilate,&
orate:vt non intretis in tentationem.Spi-
ritus quidem promptus est:caro autem in-
firma.Iterum secundo abiit : & orauit , di-
cens:Pater mi,si non potest hic Calix tran-
sire nisi bibam illum : fiat voluntas tua . Et
venit , & iterum inuenit eos dormientes.
Erant enim oculi eorum grauari . Et reli-
ctis illis iterum abiit:& orauit tertio , cun-
dem sermonem dicens.Tunc venit ad Di-
scipulos suos,& dixit illis:Dormite iam,&
requiescite.Ecce appropinquauit hora:&
Filius hominis tradetur in manus pecca-
torum.Surgite,eamus:ecce appropinqua-
uit qui me tradet.Adhuc eo loquente, ecce
Iudas vnus de Duodecim venit : & cum co-
turba multa,cum gladiis & fustibus,missi a
Principibus Sacerdotum & senioribus po-
puli. Qui autem tradidit cum:dedit illis si-
gnum,dicēs:Quēcūq; osculatus fuero,ip-
se est:tenete eū.Et cōfestim accedens ad Ie-
sum,dixit: Aue Rabbi. Et osculatus est eū.
Dixitq; illi Iesus: Amice , ad quid venisti?
Tūc accesserūt:&man⁹ iniecerūt in Iesum:
& tenuerūt eū.Et ecce vnus ex his qui erāt
cū Iesu,extēdens manū,exemit gladiū suū:





& percutiēs seruum Principis Sacerdotū, amputauit auriculā eius. Tūc ait illi Iesus: Conuerte gladium tuū in locum suū. Omnes enim qui accēperint gladium: gladio peribunt. An putas quia nō possum rogare patrē meū: & exhibebit mihi modo plus q̄ Duodecim Legiones Angelorū? Quomodo ergo implebuntur scripture? quia sic oportet fieri. In illa hora, dixit Iesus turbis. Tāquā ad Latronē existis cum gladiis & fustibus cōprehendere me? quotidie apud vos sedebā in tēplo, & non me tenuistis. Hoc autem totum factū est: vt adimplerentur scripture Prophetarū. Tunc Discipuli omnes relicto eo, fugerūt. At illi tenētes Iesum, duxerunt ad Caiphā Principem Sacerdotum: vbi Scribæ & seniores cōuenērāt. Petrus autē sequebatur eum a longe, vsq; in atrium Principis Sacerdotū. Et ingressus intro, sedebat cum ministris: vt videret finem. Principes autē Sacerdotum & omne consiliū quærebant falsum testimonium cōtra Iesum: vt eum morti traderēt: & non inuenerunt, cū multi falsi testes accessissent. Nouissime autē venerūt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit, Possū destruere tēplum Dei: & post triduum reedificare illud. Et surgēs Princeps Sacerdotū ait illi: Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificātur? Iesus autem tacebat.






Et Princeps Sacerdotum ait illi : Adiuro te per Deum viuum: vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei. Dixit illi Iesus: Tu dixisti. Verũtamen dico vobis: amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. Tunc Princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua, dicēs: Blasphemauit . Quid adhuc egemus testibus? Ecce nũc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? At illi respondētes, dixerunt: Reus est mortis . Tũc expuerunt in faciem eius : & colaphis eum ceciderũt . Alij autē palmas in faciem eius dederunt, dicētes: Prophetiza nobis Christe: quis est qui te percussit. Petrus vero sedebat foris, in atrio: & accessit ad eum vna ancilla, dicens: Et tu cũ Iesu Galilæo eras? At ille negauit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicis . Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia Ancilla : & ait his qui erant ibi: Et hic erat cum Iesu Nazareno . Et iterum negauit cum iuramento, Quia non noui hominem . Et post pusillum, accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro : Vere & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit . Tunc cœpit detestari & iurare, quia non nouisset hominem . Et continuo Gallus cantauit . Et recordatus est Petrus verbi Iesu qui dixerat illi: Prius quàm Gallus cantet, ter me






negabis . Et egressus foras , fleuit amare .
Manc autem facto , consilium inierunt om-
nes Principes Sacerdotum & seniores po-
puli aduersus Iesum : vt euni morti trade-
rent . Et vinctum adduxerunt eum : & tra-
diderunt Pontio Pilato Præfidi . Tunc vi-
dens Iudas qui eum tradidit , q̄ damnatus
esset : pœnitentia ductus , retulit Triginta
argenteos Principibus Sacerdotum & se-
nioribus , dicens : Peccauit , tradens sangui-
nem iustum . At illi dixerunt : Quid ad nos ?
Tu videris . Et proiectis argenteis in tem-
plo , recessit : & abiens , laqueo se suspendit .
Principes autem Sacerdotum , acceptis ar-
genteis , dixerunt : Non licet eos mittere in
Corbanam : quia præciũ sanguinis est . Cõ-
silio autem inito , emerunt ex illis agrum fi-
guli in sepulturam peregrinorum . Propter
hoc vocatus est Ager ille . Aceldema , hoc
est , Ager sanguinis , vsque in hodiernum
diem . Tunc impletum est quod dictum est
per Hieremiam Prophetam , dicentem : Et
acceperunt triginta argenteos precium ap-
preciati quẽ appreciauerunt a filiis Israel :
& dederunt eos in agrum figuli : sicut con-
stituit mihi Dominus , Iesus autẽ stetit ante
præsidentem : & interrogauit eum præses , di-
cens : Tu es rex Iudæorum ? Dixit illi Iesus :
Tu dicis . Et cum accusaretur a principibus
sacerdotum & senioribus , nihil respondit .





Tunc dixit illi Pilatus: Nō audis quāta aduersum te dicunt testimonia? Et nō respondit ei ad vllum verbū: ita vt miraretur præses vehementer. Per diem autem solēnem consueuerat præses populo dimittere vnū vincū quē voluissent. Habebat autē tūc vincū insignē: qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quē vultis dimittam vobis: Barabbā, an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim q̄ per inuidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali: misit ad eū vxor eius dicens: Nihil tibi & iusto illi. Multa enim pascha sum hodie per visum propter eum. Principes autem sacerdotū & seniores, persuaferunt populo vt peterent Barabbā, Iesum vero perderent. Respondens autem Præses, ait illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barabbam. Dixit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt omnes: Crucifigatur. At illis Præses: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret: sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus corā populo, dicens: Innocens ego sum a sanguine iusti huius: vos videritis. Et respondens vniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos, & sup filios nostros. Tunc dimisit illis Barabbā:





Iesum autem flagellatū tradidit eis vt crucifigeretur. Tūc milites Præsidiſus suscipiētes Iesum in prætorio: congregauerunt ad eum vniuersam cohortem. Et exuentes eū, chlamydem coccineam circūdederūt ei: & plectentes coronam de spinis, posuerūt super caput eius: & arundinem in dextera eius: & genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue Rex Iudæorum. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebāt caput eius. Et postq̄ illuserunt ei, exuerunt eum chlamydem: & induerunt eū vestimentis eius, & duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autē inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Symonem: hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha. quod est Caluariæ locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cum gustasset, noluit bibere. Postq̄ autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes: vt impleretur quod dictum est per Prophetam dicentē. Diuiserunt sibi vestimenta mea: & super vestem meā miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum. Et imposuerūt super caput eius, causam ipsius scriptam: Hic est Iesus Rex Iudæorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo Latrones: vnus a dextris, & vnus a sinistris. Prætereūtes autem blasphemabant eū: mouentes ca-





pita sua, & dicentes: Vah qui destruis templum dei: & in triduo illud reædificas. Salua temetipsum. Si filius dei es, descende de cruce. Similiter & Principes Sacerdotum illudentes cum Scribis & senioribus, dicebant: Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere. Si Rex Israel est: descendat nũc de cruce, & credimus ei. Confidit in deo: liberet nunc eum si vult. Dixit enim, Quia filius dei sum. Id ipsum autẽ & latrones qui crucifixi erant cum eo: improperabant ei. A sexta autem hora, tenebræ factæ sunt super vniuersam terram: vsq; ad horã nonam. Et circa horam nonã, clamauit Iesus voce magna, dicẽs: Eli, eli, lamma azabani? hoc est, Deus meus: deus meus: vt quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes & audientes, dicebãt: Eliam vocat iste. Et continuo currens vnus ex eis: acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit arũdini: & dabat ei bibere. Cæteri vero dicebant: Sine, videamus an veniat Elias liberãs eum. Iesus autem iterũ clamãs voce magna, emisit spiritum. Et ecce velũ templi scissum est in duas partes, a summo vsque deorsum. Et terra mota est, & petre scissæ sunt, & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum, qui dormierãt, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius: venerunt in san-



SIC VT
NON PLVS



etiam ciuitatem: & apparuerunt multis. Cetero autem, & qui cum eo erant custodientes Iesum: uiscerum & his quae fiebant: timuerunt valde, dicentes: Vere filius Dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multae a longe: quae secutae erant Iesum a Galilaea, ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioseph matris eius, & mater filiorum Zebedaei. Cum autem sero factum esset: uenit quidam homo diues ab Arimathaea, nomine Ioseph: qui & ipse Discipulus erat Iesu. Ille accessit ad Pilatum: & petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone rubea: & posuit illud in monumento suo: in quo quidam exciderat in petra: aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti: & abiit. Erant autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria sedentes contra sepulchrum.

Euangelium.

A Altera autem die, quae est post Parasceuae, conuenerunt Principes Sacerdotum & Pharisei ad Pilatum, Domine, recordati sumus quia seducit ille dixit ad uiuos, Post tres dies resurget. Ergo custodiri sepulchrum, usque in die tertio: ut Discipuli eius & non accedat pei: Surrexerit mortuus: & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus:



SIC UT
HOMINIS



Habetis custodiã. Itẽ, custodite sicut scitis.
Illi autem abeuntes munierunt sepulchrũ:
signantes lapidem, cum custodibus.

¶ Die Märtis.

¶ Passio Domini nostri Iesu Christi
secundum Marcum. xiiij. Cap.



In illo tempore. Erat Pascha &
Azima post biduum: & quære-
bãt Summi Sacerdotes & Scri-
bã quomodo eũ dolo tenerent,
& occiderent. Dicebant autem: Non in die
festo: ne forte tumultus fieret in populo.
Et cum esset Bethaniã, in domo Simonis
leprosi, & recumberet: venit mulier habẽs
alabastrum vnguẽti Nardi pisticãe preci-
osi: & fracto alabastro, effudit super caput
eius. Erant autem quidam indigne ferẽtes
intra semetipsos, & dicentes: Vt quid per-
ditio ista vnguẽti facta est? Poterat enim
vnguentum istud venundari plusquã Tre-
centis denariis: & dari pauperibus. Et fre-
mebant in eam. Iesus autem dixit: Sinite
eam: quid illi molesti estis? Bonũ opus ope-
rata est in me. Semper enim pauperes habe-
tis vobiscum: & cũ volueritis, potestis illis
benefacere: me autem non semper habetis.
Quod habuit, hæc fecit: præuenit vngere
corpus meũ in sepulturam. Amen dico vo-
bis: vbicũq; prædicatum fuerit Euãgelium





istud in vniuerso mundo:& quod fecit hęc
narrabitur in memoriã eius. Et Iudas Isca-
riotes vnus de Duodecim, abiit ad Súmos
Sacerdotes: vt proderet eum illis. Qui au-
dientes, gauisi sunt:& promiserunt ei pecu-
niam se daturus. Et quærebat quomodo il-
lum oportune traderet. Et primo die Azi-
morum, quádo Pascha immolabãt, dicũt ei
Discipuli: Quo vis eamus, & paremus tibi
vt mãduces Pascha? Et mittit duos ex Di-
scipulis suis, & dixit eis: Ite in ciuitatem:
& occurreret vobis homo, lagenam aquæ ba-
iulans, sequimini eum:& quocũq; introi-
rit, dicite domino domus, quia Magister di-
cit: Vbi est refectio mea: vbi Pascha cũ Di-
scipulis meis mãducem? Et ipse vobis de-
monstrabit cœnaculum grande stratum: &
illic parate nobis. Et abierunt Discipuli
eius:& venerũt in ciuitatem: & inuenerũt
sicut dixerat illis:& parauerũt Pascha. Ve-
spere autem facto, venit cum Duodecim.
Et discumbentibus eis & manducantibus,
ait Iesus: Amẽ dico vobis: quia vnus ex vo-
bis tradet me qui manducat mecum. At illi
cœperunt contristari:& dicere ei singula-
tim: Nunquid ego? Qui ait illis: Vnus ex
Duodecim, qui intingit mecum manum in
Catino. Et filius quidẽ hominis vadit si-
cut scriptũ est de eo. Vẽ autem homini illi
per quem filius hominis tradetur. Bonum



SOLI DEO

LAVS

HONOR






erat ei, si non esset natus homo ille. Et mā-
ducātibus illis: accepit Iesus panem: & be-
nedicens fregit: & dedit eis, & ait illis: Su-
mite, hoc est corpus meum. Et accepto ca-
lice, gratias agens dedit eis. Et biberūt ex
illo oēs. Et ait illis: Hic est sanguis meus
noui testamēti: qui pro multis effundetur.
Amen dico vobis, quia iam non bibam de
genimine vitis, vsq; in diem illum cū illud
bibam nouum in regno Dei. Et hymno di-
cto, exierunt in Montem Oliuarum. Et ait
eis Iesus: Omnes scandalizabimini in me
in nocte ista. Quia scriptum est: Percutiam
pastorem: & dispergentur oues. Sed postq̄
resurrexero: præcedam vos in Galilæam.
Petrus autem ait illi: Et si omnes scandali-
zati fuerint: sed non ego. Et ait illi Iesus:
Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac
priusquam Gallus vocem bis dederit, ter
me es negaturus. At ille amplius loqueba-
tur: Et si oportuerit me simul cōmori tibi:
non te negabō. Similiter autem & omnes
dicebant. Et veniunt in Prædium cui no-
men Gethsemani. Et ait Discipulis suis:
Sedete hic, donec orem. Et assumit Petrū,
& Iacobum, & Ioānem secum: & cœpit pa-
uere & tædere. Et ait illis: Tristis est ani-
ma mea vsq; ad mortē. Sustinete hic, & vi-
gilate. Et cum processisset paululum, pro-
cidit super terrā: & orabat vt si fieri pos-

NON PLUS






set, transiret ab eo hora, & dixit: Abba pater, omnia tibi possibilia sunt: trāffer Calicem hunc a me: sed non quod ego volo, sed quod tu. Et venit: & inuenit eos dormientes. Et ait Petro: Simon, dormis? Non potuisti vna hora vigilare? Vigilate & orate: vt nō intretis in tetationem. Spiritus quidem prōptus est: caro vero infirma. Et iterum abiens; orauit, eundem sermonem dicēs. Et reuersus, denuo inuenit eos dormiētes (erāt enim oculi eorum grauati) & ignorabant quid responderēt ei. Et venit tertio, & ait illis: Dormite iam, & requiescite. Sufficit. Venit hora: ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce, qui me tradet, prope est. Et adhuc eo loquente: venit Iudas Iscariotes, vnus de Duodecim: & cum eo turba multa cum gladiis & lignis, a summis Sacerdotibus & Scribis & Senioribus: Dederat autem traditor eius signum eis, dicēs: Quēcūq; osculatus fuero, ipse est: tenete eum, & ducite caute. Et cū venisset: statim accedens ad eum, ait: Rabbi. Et osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in Iesum: & tenuerunt eum. Vnus autem quidam de circumstantibus, educēs gladium, percussit seruum Sūmi Sacerdotis: & amputauit illi auriculam. Et respondens Iesus, ait illis: Tanquam ad Latronem existis cū gladiis & li-

NON PLVS




gnis compræhendere me? Quotidie eram apud vos in templo docens:& non me tenuistis. Sed vt impleatur scripturæ. Tunc Discipuli eius relinquentes eum, omnes fuerunt. Adolefcens autem quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum. At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Iesum ad Summum Sacerdotem:& cõuenerunt omnes Sacerdotes & Scribæ & seniores. Petrus autem a longe secutus est eum, vsque intro in atrium Summi Sacerdotis: & sedebat cum ministris ad ignem:& calefaciebat se. Summi vero Sacerdotes & omne conciliũ, querebant aduersus Iesum testimonium: vt eum morti traderent: nec inueniebant. Multi autem testimonium falsum dicebant aduersus eum: & conuenientia testimonia nõ erant. Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes: Quoniam nos audiuius eum dicentem: Ego dissoluam templum hoc manufactum:& post triduum aliud nõ manufactum ædificabo. Et non erat conueniens testimonium illorum. Et exurgens Summus Sacerdos in medium: interrogauit Iesum, dicens: Non respondes quicquam ad ea quæ tibi obiiciuntur ab his? Ille autem tacebat:& nihil respondit. Rursum, Summus Sacerdos interrogabat eum, & dixit ei: Tu es Christus filius Dei bene-





dicti: Iesus autem dixit illi: Ego sum: & videbitis Filium hominis sedentē a dextris virtutis: & veniētē cum nubibus cæli. Sūnus autem Sacerdos scindens vestimenta sua, ait: Quid adhuc desyderamus testes? Audistis blasphemiam? quid vobis videtur? Qui omnes condēnauerunt eum esse reum mortis. Et cœperunt quidā cōspuere eum: & velare faciē eius: & colaphis eum cædere, & dicere ei: Prophetiza. Et ministri alapis eum cædebant. Et cum esset Petrus in atrio deorsum: venit vna ex Ancillis Sūnti Sacerdotis: & cum vidisset Petrum calefacientē se, aspiciens illum, ait: Et tu cum Iesu Nazareno eras? At ille negauit, dicens: Neque scio, neq; noui quid dicas. Et exiit foras ante atrium: & Gallus cantauit. Rursus autem cum vidisset illum ancilla, cœpit dicere circūstantibus: Quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillū rursus qui adstabant, dicebāt Petro: Vere ex illis es: nam & Galilæus es. Ille autē cœpit anathematizare & iurare: Quia nescio hominem istum quē dicitis. Et statim Gallus iterum cantauit. Et recordatus est Petrus verbi quod dixerat ei Iesus: Prius quā Gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere. Et confestim, mane consilium facientes Summi Sacerdotes cum senioribus & Scribis & vniuerso concilio: vincientes Iesum,






duxerunt & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus: Tu es Rex Iudæorum? At ille respondens, ait illi: Tu dicis. Et accusabant eum Summi Sacerdotes in multis. Pilatus autē rursūm interrogauit eum, dicens: Non respōdes quicquā? Vide in quātis te accusant. Iesus autem amplius nihil respondit: ita ut miraretur Pilatus. Per diē autem festū solebat dimittere illis vnū ex vincētis quēcunq̄ petissent. Erat autē qui dicebatur Barabbas: qui cum seditiosis erat vincētus: qui in seditiōe fecerat homicidiū. Et cum ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respōdit eis, & dixit: Vultis dimittam vobis Regē Iudæorū? Sciebat enim q̄ per inuidiā tradidissent eum summi Sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam, ut magis Barabbam dimitteret eis. Pilatus autē iterum respōdēs, ait illis: Quid ergo vultis faciam Regi Iudæorum? At illi iterum clamauerunt: Crucifige eum. Pilatus vero dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant: Crucifige eum. Pilatus autem volēs populo satisfacere: dimisit illis Barabbā, & tradidit Iesum flagellis cæsum ut crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum in atrium Prætorij, & conuocāt totā cohortem: & induunt eum purpura: & imponunt ei plectētes spineam Coronam.





Et cœperunt salutare eū: Aue Rex Iudæo-
rum. Et percutiebant caput eius arundine:
& cōspuebant eum: & ponentes genua, ado-
rabāt eum. Et postquam illuserūt ei: exue-
runt illum purpura, & induerunt eum ve-
stimentis suis: & educunt illum vt crucifi-
gerent eum. Et angariauerunt prætereun-
tem quempiã Simonem Cyrenæum veniē-
tem de villa: patrem Alexandri & Rufi: vt
tolleret Crucem eius. Et perducunt illum
in Golgotha locum: quod est interpreta-
tum. Caluariæ locus. Et dabant ei bibere
myrrhatum vinum: & non accēpit. Et cru-
cifigentes eum diuiserunt vestimenta eius:
mittētes sortem super eis quis quid tolle-
ret. Erat autem hora Tertia: & crucifixe-
runt eum. Et erat titulus causæ eius inscri-
ptus: Rex Iudæorum. Et cum eo crucifigūt
duos Latrones: vnum a dextris, & alium a
sinistris eius. Et impleta est scriptura, quæ
dicit: Et cum iniquis reputatus est. Et præ-
tereuntes blasphemabant eum: mouentes
capita sua, & dicentes: Vah qui destruis tē-
plū dei, & in tribus diebus reādificas. Sal-
uum fac te metipsum descendens de cruce.
Similiter & summi Sacerdotes illudentes,
ad alterutrum cum Scribis dicebant: Alios
saluos fecit: seipsum non potest saluū face-
re. Christus Rex Israel, descendat nunc de
cruce: vt videamus & credamus. Et qui cū





eo crucifixi erant, conuitiabantur ei. Et facta hora sexta, tenebrae factae sunt per totam terram usque in horam nonam. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens: Eloi, eloi, lamma azabtani? quod est interpretatum: Deus meus: Deus meus: ut quid dereliquisti me? Et quidam de circumstantibus audientes, dicebant: Ecce, Eliam uocat. Currens autem vnus: & implens spongiam aceto circumponensque calamo: potum dabat ei, dicens: Sinite: videamus si ueniat Elias ad deponendum eum. Iesus autem emissa voce magna expirauit. Et uelum templi scissum est in duo, a summo usque deorsum. Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: Vere hic homo, Filius Dei erat. Erant autem & mulieres de longe aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene: & Maria Iacobi minoris & Ioseph mater: & Salome: & cum esset in Galilaea sequebantur eum, & ministrabant ei: & aliae multae quae simul cum eo ascenderant Hierosolimam.

¶ Euangelium.

ET cum iam sero esset factum (quia erat Parasceue quod est ante Sabbatum) uenit Ioseph ab Arimathaea nobilis Decurio: qui & ipse erat expectans regnum Dei. Et audacter introiit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu, Pilatus autem: mirabatur si iam obiis-





set. Et accersito Centurione: interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cū cognouisset a Centurione, donauit corpus Ioseph. Ioseph autem mercatus sindonem: & deponens eum inuoluit sindone: & posuit eum in Monumento quod erat excisum de petra: & aduoluit lapidem ad ostium Monumenti.

¶ Die Mercurij.

¶ Passio Domini nostri Iesu Christi secundum Lucam. xxij. Chap.

IN illo tempore. Apprōpinquabat dies festus Azimorum, qui dicitur Pascha: & quærebant Principes Sacerdotū & Scribæ quomodo eum interficerent. Timebant uero plebem. Intrauit autem Satanas in Iudam, qui cognominabatur Iscariotes, vnum de Duodecim: & abiit, Et locutus est cū Principibus Sacerdotū & Magistratibus quæadmodum illū traderet eis. Et gauisi sunt: & pacti sunt pecuniam illi dare. Et spondit. Et quærebat oportunitatem: vt traderet illum sine turbis. Venit autem dies Azimorum, in qua necesse erat occidi Pascha. Et misit Petrum & Ioannem, dicens: Euntes parate nobis Pascha: vt manducemus. At illi dixerunt: Vbi vis paremus? Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphorā aquæ





portans : sequimini eū in domum in quam intrat: & dicetis Patrifamilias domus: Dicit tibi Magister, Vbi est diuersorium vbi Pascha cum Discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnū stratum: & ibi parate. Euntes autem inueniunt sicut dixit illis: & parauerunt Pascha. Et cū facta esset hora, discubuit & Duodecim Apostoli cum eo, & ait illis: Desyderio desyderavi hoc Pascha māducare vobiscū, anteq̃ patiar. Dico enim vobis quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice gratias ægit, & dixit: Accipite & diuidite inter vos. Dico enim vobis q̃ non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Et accepto pane gratias ægit & fregit: & dedit eis, dicēs: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam cōmorationem. Similiter & calicem postquā cœnauit, dicēs: Hic est Calix nouum testamētum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Veruntamen ecce manus tradētis me, mecum est in mensa. Et quidem Filius hominis secundum quod definitum est, vadit: Veruntamen vā homini illi per quem tradetur. Et ipsi cœperunt quærere inter se: quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta est autē & contentio inter eos: quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis:





Reges gētium dominātur eorum: & qui po-
testatem habent super eos, benefici vocan-
tur. Vos autem non sic: sed qui maior est in
vobis, fiat sicut iunior: & qui p̄cessor est,
sicut ministrator. Nam quis maior est: qui
recumbit, an qui ministrat? nonne qui re-
cumbit? Ego autem in medio vestrū sum,
sicut qui ministrat: vos autē estis qui per-
mansistis mecum in tentationibus meis. Et
ego dispono vobis sicut disposuit mihi pa-
ter meus, regnum: vt edatis & bibatis super
mensam meam in regno meo: & sedeat̄is su-
per thronos iudicantes Duodecim Tribus
Israēl. Ait autem Dominus Simoni: Simō,
ecce Satanas expetiuit. vos, vt cribraret si-
cut triticum: ego autē rogavi pro te, vt nō
deficiat fides tua: & tu aliquando conuer-
sus, cōfirma fratres tuos. Qui dixit ei: Do-
mine, tecum paratus sum & in carcerem &
in mortem ire. Et ille dixit: Dico tibi Pe-
tre, non cantabit hodie Gallus, donec ter
abneges nosse me. Et dixit eis: Quādo mi-
si vos sine sacco & pera & calceamētis:
nunquid aliquid defuit vobis? At illi dix-
erunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nūc qui ha-
bet sacculum, tollat: similiter & peram. &
qui non habet, vendat tunicā suam & emat
gladium. Dico enim vobis quoniam adhuc
hoc quod scriptum est, oportet impleri in
me. Et cum iniquis deputatus est. Etenim





ea quæ sunt de me: finem habent. At illi dixerunt. Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est. Et egressus ibat secundum consuetudinem in Montem Oliuarû. Secuti sunt autem illum & Discipuli. Et cum peruenisset ad locum, dixit illis: Orate, ne intretis in tentationem. Et ipse auctus est ab eis quantum iactus est lapidis: & positus genibus orabat, dicens: Pater, si vis transfer Calicem istum a me. Veruntamen non mea voluntas: sed tua fiat. Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad Discipulos suos: inuenit eos dormientes præ tristitia. Et ait illis: Quid dormitis? surgite: orate ne intretis in tentationem. Adhuc eloquente: ecce turba, & qui vocabatur Iudas, vnus de Duodecim, antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, vt oscularetur eum. Iesus autem dixit illi: Iuda, osculo Filium hominis tradis? Videntes autem hi qui circa ipsum erant quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio? Et percussit vnus ex illis seruum Principis Sacerdotû: & amputauit auriculâ eius dexteram. Respondens autē Iesus, ait: Sinite vsque huc. Et cū tetigisset auriculâ eius,





fanauit cum . Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se , Principes Sacerdotum & magistratus templi & Seniores : Quasi ad Latronem existis cum gladiis & fustibus? Cum quotidie vobiscum fuerim in tēplo, non extēdistis manus in me: sed hęc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Comprēhendētes autem eum, duxerunt ad domum Principis Sacerdotum. Petrus vero sequebatur eum a longe. Accenso autem igne in medio atrij: & circūsedētibus illis, erat Petrus in medio eorum . Quem cum vidisset Ancilla quādam sedentem ad lumen, & eū fuisset intuita, dixit : Et hic cum illo erat. At ille negauit eum, dicēs: Mulier, non noui illum. Et post pusillum, alius vidēs eum, dixit: Et tu de illis es? Petrus vero ait: O homo, non sum. Et interuallo facto, quasi horę vnus : alius quidam affirmabat, dicens: Vere & hic cum illo erat: nam & Galilæus est. Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquente, cantauit Gallus. Et cōuersus Dominus, respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat : Quia priusquàm Gallus cātet, ter me negabis . Et egressus foras Petrus: fleuit amare. Et viri qui tenebāt illum: illudebant ei, cādentes. Et velauerunt eum: & percutiebant faciem eius: & interrogabant eū, dicentes: Prophetiza: quis est






qui te percussit? Et alia multa, blasphemantes dicebant in eum. Et ut factus est dies, conuenerunt seniores plebis & Principes Sacerdotum & Scribæ: & duxerunt illum in concilium suum, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis: Si uobis dixerero, non credetis mihi. Si autem uos interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit Filius hominis sedens a dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es Filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuius de ore eius. Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum. Creperunt autem illum accusare, dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram & prohibentem tributa dare Cæsari: & dicentem se Christum Regem esse. Pilatus autem interrogauit eum, dicens: Tu es Rex Iudæorum? At ille respondens, ait: Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes Sacerdotum & turbas: Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes: Comouet populum, docens per uniuersam Iudæam: incipiens a Galilæa usque huc. Pilatus autem audiens Galilæam: interrogauit si homo Galilæus esset. Et ut cognouit quod de Herodis potestate esset: remisit eum ad Herodem: qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. He-





rodes autē viso Iesu: gaudius est valde. Erat enim cupiēs ex multo tēpore videre eum: eo q̄ audiret multa de eo: & sperabat signū aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum, multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabant autem Principes Sacerdotum & Scribæ constanter accusantes eum. Spreuit autem illū Herodes, cum exercitu suo: & illudit indurum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Pilatus & Herodes in ipsa die: nam antea inimici erāt adinuicem. Pilatus autem conuocatis Principibus Sacerdotum & Magistratibus & plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum: & ecce, ego corā vobis interrogās, nullam causam inuenio in homine isto, ex his in quibus eum accusatis: sed neq; Herodes. Nam remisi vos ad illum: & ecce, nihil dignū morte actū est ei. Emendatum ergo illum, dimittam. Neesse autem habebat dimittere eis per diem festū, vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens: Tolle hūc, & dimitte nobis Barabbā. (qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem.) Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Iesum. At illi succlamabant, dicētes: Crucifige, crucifige eum. Ille autem tertio, dixit ad illos: Quid enim





mali fecit iste? nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum & dimittam. At illi instabant vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur: & inualecebāt voces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eū qui propter homicidium & seditionē missus fuerat in carcerem, quem petebant: Iesum vero tradidit volūtati eorum. Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem veniētem de villa: & imposuerunt illi Crucem portare post Iesum. Sequebatur autē illum multa turba populi & mulierum: quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas Iesus, dixit: Filiæ Hierusalem, nolite flere super me: sed super vos ipsas flete, & super filios vestros: quoniā ecce venient dies in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt: & vbera quæ nō lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos. & collibus: Operite nos. Quia si in viridi ligno hæc faciunt: in arido quid fiet? Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, vt interficerētur. Et postquam venerunt in locum qui vocatur Caluariæ: ibi crucifixerunt eum: & Latrones, vnum a dextris, & alterum a sinistris. Iesus autem dicebat: Pater, dimitte illis: nō enim sciunt quid faciunt. Diidentes vero vesti





menta eius, miserūt sortes. Et stabat populus expectans, & deridebant eum Principes cum eis, dicentes: Alios saluos fecit: se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. Illudebant autem ei & milites accedētes & acetum offerentes ei, & dicentes: Si tu es Rex Iudæorum, saluum te fac. Erat autem & superscriptio scripta super eum, literis Græcis & Latinis & Hebraicis, Hic est Rex Iudæorum. Vnus autem de his qui pendebant Latronibus, blasphemabat eum dicens: Si tu es Christus: saluum fac teipsum & nos. Respondens autem alter, increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quoddam in eadem damnatione es? Et nos quidem iuste: nam digna factis recipimus: hic vero, nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. Erat autem fere hora sexta: & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram vsque in horam nonam. Et obscuratus est Sol: & velut templi scissum est medium. Et clamans voce magna Iesus, ait: Pater? in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens, expirauit. Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens: Vere, hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculū istud,





& videbant quæ fiebant : percutientes pe-
ctora sua reuertebantur. Stabant autem om-
nes noti eius a longe : & mulieres quæ secu-
ræ cum erant a Galilæa hæc videntes.


¶ Euangelium.

ET ecce, vir nomie Ioseph qui erat De-
curio: vir bonus & iustus: hic non con-
senserat consilio & actibus eorum, ab Ari-
mathæa ciuitate Iudææ: qui expectabat &
ipse regnum Dei. Hic accessit ad Pilatum:
& pctiit corpus Iesu: & depositum inuoluit
sindone: & posuit illum in monumeto ex-
ciso, in quo nondum quisquam positus
fuerat.

¶ Die Veneris.

¶ Passio Domini nostri Iesu Christi se-
cundum Ioannem. xvij. Cap.

EGressus est Iesus cum Discipu-
lis suis, trans torrētem Cedron:
vbi erat ortus, in quem introi-
uit ipse & Discipuli eius. Scie-
bat autem & Iudas qui tradebat eum locū:
quia frequenter Iesus cōuenerat illuc cum
Discipulis suis. Iudas ergo cum accēpisset
cohortem, & a Pontificibus & Phari-
sæis ministros venit illuc, cum laternis &
facibus & armis. Iesus itaque sciens omnia
quæ ventura erant super eum, processit &
dixit eis. Quæ queritis? Respōderūt ei: Ie-
sum Nazarenū. Dixit eis Iesus: Ego sum.





Stabat autem & Iudas qui tradebat eum, cū
ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum: abierunt
retrosum, & ceciderunt in terram. Iterum
ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Il-
li autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Re-
spondit Iesus: Dixi vobis quia ego sum. Si
ergo me quæritis, sinite hos abire. Vt im-
pleretur sermo quem dixit: Quia quos de-
disti mihi non perdi ex eis quenquã. Si-
mon ergo Petrus habens gladium, eduxit
cum: & percussit Pontificis seruum, & ab-
scidit auriculam eius dexteram. Erat autē
nomē seruo Malchus. Dixit ergo Iesus Pe-
tro: Mitte gladium tuum in vaginam. Ca-
licem quē dedit mihi pater, nō vis vt bibā
illum? Cohors autem & Tribunus & mini-
stri Iudæorum compræhenderunt Iesum,
& ligauerunt eum: & adduxerunt eum ad
Annam primum. Erat enim focer Caiphe:
qui erat Pontifex anni illius. Erat autem
Caiphas qui cōsiliū dederat Iudæis, Quia
expedit vnum hominē mori pro populo.
Sequebatur autem Iesus Simon Petrus, &
alius Discipulus. Discipulus autē ille, erat
notus Pontifici: & introiuit cum Iesu in a-
triū Pōtificis. Petrus autem stabat ad ostiū
foris. Exiuit ergo Discipulus alius qui erat
notus Pontifici, & dixit ostiariæ: & intro-
duxit Petrum. Dixit ergo Petro Ancilla o-
stiaria: Nunquid & tu ex Discipulis es ho-






minis istius? Dixit ille: Non sum. Stabant autem serui & ministri ad prunas, (quia frigus erat) & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus, stans, & calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit Iesum de Discipulis suis & de doctrina eius. Respondit ei Iesus: Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga & in templo quo omnes Iudaei conueniunt: & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis. Ecce, hi qui sciunt quae dixerim ego. Haec autem cum dixisset: vnus assistens ministrorum, dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes Pontifici? Respondit ei Iesus: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo. Si autem bene: quid me caedis? Et misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem. Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se. Dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex Discipulis eius es? Negauit ille, & dixit: Non sum. Dixit ei vnus ex seruis Pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in orto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus: & statim Gallus cantauit. Adducunt ergo Iesum a Caipha in Praetorium. Erat autem mane: & ipsi non introierunt in Praetorium: vt non contaminarentur: sed vt manducarent Pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Qua






accusationem affertis aduersus hominem hunc? Responderunt & dixerunt ei: Si nō esset hic malefactor, nō tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos: & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quenquam. Vt sermo Iesu impleretur quē dixit, significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum in Prætorium; Pilatus: & vocauit Iesum, & dixit ei: Tu es Rex Iudæorum? Respondit Iesus: A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & Pontifices, tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respondit Iesus: Regnū meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum: ministri mei vtique decertarent vt nō traderer Iudæis. Nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo Rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum: & ad hoc veni in mundum: vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate: audit vocem meam. Dixit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset: iterum exiit ad Iudæos, & dixit eis: Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Pascha. Vultis ergo dimittam vobis Re-






gem Iudæorum? Clamauerunt rursus omnes dicentes: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas Latro. Tūc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et milites plestentes Coronam de spinis, imposuerunt capiti eius: & Veste Purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eū, & dicebant: Aue Rex Iudæorum. & dabant ei alapas. Exiuit iterum Pilatus, & dixit eis: Ecce adduco vobis eum foras: vt cognoscatis quia in eo nullam inuenio causam. Exiuit ergo Iesus foras, portans Coronam spineam, & Purpureum Vestimentum. Et dixit eis: Ecce homo. Cum ergo vidissent eum Pontifices & ministri, clamabant dicētes: Crucifige, crucifige eum. Dixit eis Pilatus: Accipite eum vos: & crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. Responderūt ei Iudæi: Nos legem habemus: & secūdum legem debet mori: quia filium Dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est Prætorium iterum: & dixit ad Iesum. Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dixit ergo ei Pilatus. Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te: & potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus: Non haberes potestatem aduersum me vllam: nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui



me tradidit tibi: maius peccatū habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis: non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se Regem facit: contradicit Cæsari. Pilatus autē cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum: & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostratos, Hebraice autem Gabatha. Erat autem Parasceue Paschæ hora quasi sexta: & dixit Iudæis. Ecce Rex vester. Illi autem clamabant. Tolle, tolle: crucifige eum. Dixit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt Pontifices: Non habemus Regem, nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Susceperunt autē Iesum: & eduxerunt eum. Et baiulans sibi crucem: exiit in eum qui dicitur Caluarię locum, Hebraice autem Golgotha: vbi crucifixerunt eum. Et cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum. Scripsit autem & titulum Pilatus: & posuit super Crucem. Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Hunc ergo titulū multi Iudæorum legerunt: quia prope ciuitatē erat locus vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraice, Græce, & Latine. Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorum. Noli scribere, Rex Iudæorum: sed quia ipse dicit, Rex sum Iudæorum. Respondit





Pilatus: Quod scripsi, scripsi. Milites ergo cum crucifixissent eum: accæperunt vestimenta eius (& fecerunt quatuor partes: vnicuique militi partem) & Tunicam. Erat autem Tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem: Nō scindamus eam: sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleretur, dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi: & in vestē meā miserunt sortē. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta Crucem Iesu mater eius, & soror matris ei⁹, Maria Cleopha, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem & Discipulum stantem quem diligebat, dixit Matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dixit Discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accæpit eā Discipulus in suam. Postea sciēs Iesus quia omnia consummata sunt: vt consummaretur scriptura, dixit: Sitio. Vas autem erat positum aceto plenum. Illi autem spongiā plenam aceto, hysopo circūponētes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accæpisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite, tradidit spiritum. Iudæi ergo (quoniam Parasceue erat) vt non remanerēt in cruce corpora Sabbato (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura & tollerentur. Venerunt ergo milites: & primi






quidem fregerunt crura: & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent: ut viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit: & continuo exiit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimoniū perhibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: ut & vos credatis. Facta sunt enim hæc: ut scriptura imple-retur, Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Videbūt in quem transfixerunt.

¶ **E**uangelium.

Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathæa, (eo quod esset Discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum) ut tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu. Venit autem & Nicodemus qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturā Myrrhæ & Aloes quasi libras Centum. Accæperūt autē corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est, ortus: & in orto monumentū nouum, in quo nondū quisquam positus erat. Ibi ergo propter Parasceuen Iudæorū: quia iuxta erat monumentum, posuerūt Iesum. Deo gratias. Antipho. Adoramus te Christe & benedicimus tibi: quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum. Versus.





Qui passus es pro nobis. Responsorium.
Domine miserere nobis. Versus. Domine
exaudi orationem meam. Responsorium.
Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Deus qui manus tuas, & pedes tuos, &
totum corpus tuum pro nobis pecca-
toribus in ligno Crucis posuisti: & Coro-
nam spineam a Iudæis in despectum tui sa-
cratissimi nominis super caput tuū imposi-
tam sustinuisti: & quinque vulnera pro no-
bis peccatorib⁹ in ligno Crucis passus fui-
sti: da nobis hodie & quotidie vsum Pœni-
tentia, Abstinentia, Patientia, Humilita-
tis, Castitatis, Lumen, Sēsū & intellectuū:
& puram Conscientiam vsque ad finē. Per
te Iesu Christe saluator mundi. Qui cū Pa-
tre & Spiritu sancto viuis & regnas Deus.
Per omnia secula seculorum. Amen.

☩ Orationes beati Gregorij Papæ.

O Domine Iesu Christe, adoro te in Cru-
ce pendentem & Coronam spineam in
capite portātem: deprecor te vt tua Crux
liberet me ab angelo percutiente. Amen.
Pater noster. Ave Maria.

O Domine Iesu Christe, adoro te in Cru-
ce vulneratum, felle & aceto potatum: de-
precor te vt tua vulnera sint remedium ani-
mæ meæ. Amen. Pater noster. Ave Maria.





O Domine Iesu Christe, adoro te in sepulchro positum, Myrrha & Aromatibus conditum: deprecor te ut tua mors sit vita mea. Amen. Pater noster. Aue Maria.

O Domine Iesu Christe, adoro te Descendentem ad inferos, liberantemq; captiuos: deprecor te ne me illuc permittas introire. Amen. Pater noster. Aue Maria.

O Domine Iesu Christe, adoro te Resurgentem a mortuis, Ascendentem ad caelos, Sedentemq; ad dexteram Patris: deprecor te miserere mei. Amen. Pater noster. Aue Maria.

O Domine Iesu Christe, Pastor bone, iustos conserua, peccatores iustifica, omnibus fidelibus miserere: & propitius esto mihi peccatori. Amen. Pater noster. Aue Maria.

O Domine Iesu Christe, deprecor te propter illam amaritudinem quam pro me miserissimo peccatore sustinuisti in cruce: maxime in illa hora quando nobilissima anima tua egressa est de corpore tuo: miserere animae meae in egressu suo. Amen. Pater noster. Aue Maria.

Oratio sancti Augustini.

Deus propitius esto mihi peccatori, & custodi me: sis mecum omnibus diebus & noctibus vitae meae. Deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob, miserere mei: & mitte mihi in adiutorium sanctum Michaelem archangelum, qui me defendat & protegat ab om-





nibus inimicis meis, Sãcte Michael archangele, defende me in prælio: vt non peream in tremendo iudicio. O sancte Michael archãgele, per gratiam quã meruisti te deprecor, & per vnigenitum filiũ dei dominum nostrum Iesum Christũ: vt eripias me a periculo mortis. Sancte Gabriel, sancte Raphael, omnes sancti angeli & archangeli dei succurrite mihi. Precor vos omnes virtutes cælorũ vt detis mihi auxilium & potẽtiam: vt nullus inimicus mihi nocere possit, in via, nec in aqua, nec in igne: nec offendar a subitanea morte: nec me dormientem aut vigilantem opprimat aut lædat. Ecce crucem domini: fugite partes aduersæ. Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid alleluia. Saluator mundi salua nos, qui per crucem & sanguinem tuum pprium redemisti nos: auxiliare nobis te deprecamur deus noster. Agyos Otheos. Agyos Ischyros. Agyos Athanatos: Eleison Ymas. Sãcte deus. Sãcte fortis. Sancte & immortalis miserere nobis. Crux Christi salua nos: crux Christi protege nos: crux Christi defende nos. In noĩe Patris & Filij & Spũs sancti. Amen.

¶ Oratio sancti Bernardini
de nomine I E S V.

O Bone Iesu, o dulcis Iesu, o Iesu fili Marię virginis, plenus misericordia & veritate. O dulcis Iesu, miserere mei secundũ





magnam miam tuā. O benigne Iesu, te deprecor per illū sanguinem tuū preciosum, quē pro nobis miseris peccatoribus effundere dignatus es in ara crucis: vt abiicias oēs iniquitates meas: & ne me despicias humiliter te petentem, & hoc nomen tuum sanctissimum Iesus inuocātem. Hoc nomen Iesus, nomen dulce est: hoc nomen Iesus, nomen salutare est. Quid enī est Iesus, nisi saluator? O bone iesu qui me creasti & redemisti tuo precioso sanguine, ne pmittas me dānari quē ex nihilo creasti. O bone Iesu, ne perdat iniquitas mea, qucm fecit oīpotens bonitas tua. O bone Iesu, recognosce quod tuū est in me: & absterge quod alienum est a me. O bone Iesu, miserere mei dum tēpus est miserēdi: ne perdas me in tēpore tremēdi iudicij tui. O bone Iesu, si merui miser peccator de vera tua iustitia pœnam æternam pro peccatis meis grauissimis: adhuc appello confusus de tua iustitia vera, ad tuā miam ineffabilem. Vtiq; misereberis mei vt pius pater & misericors dominus, o bone Iesu. Quæ enī vtilitas in sanguine meo, dum descēdero in corruptionem æternam? Non enī mortui laudabūt te domine: neq; oēs qui descēdūt in infernum. O misericordissime Iesu, miserere mei. O dulcissime Iesu libera me. O piissime Iesu, propitius esto mihi peccatori. O Iesu, admitte me miserū



SIC VT
NON PLVS



peccatorem in numerum electorum tuorum.
O Iesu, salus in te sperantium. O Iesu, spes
in te credentium, miserere mei. O Iesu, dul-
cis remissio omnium peccatorum meorum.
O Iesu fili virginis Marię, infunde in me gra-
tiam tuam, sapientiam, charitatem, castita-
tem & humilitatem, ac etiã in omnibus aduer-
sitatibus meis patientiam sanctã: vt possim
te perfecte diligere, & in te gloriari ad de-
lectari in secula seculorum. Amen.

C De eodem nomine Iesu Antiphona.

O Iesu Rex gloriose inter sanctos tuos: qui
semper es laudabilis, & tamen ineffabilis:
tu in nobis es domine, & nomen sanctum
tuum inuocatum est super nos: ne derelin-
quas nos domine deus noster: vt in die iu-
dicii nos collocare digneris inter sanctos
& electos tuos rex benedicte. Vers. Sit no-
men domini benedictum in secula. Respõ.
Ante Solem permanet nomen eius. Oremus.

Deus qui gloriosissimum nomẽ domini
nostri Iesu Christi vnigeniti filij tui
fecisti fidelibus tuis summo suauitatis affe-
ctu amabile, & malignis spiritibus tremen-
dum atq; terribile, concede propitius: vt oēs
qui hoc nomen Iesus deuote venerantur in
terris, cõsolationis tuę dulcedinem in præ-
senti percipiãt, & in futuro gaudium exul-
tationis & interminabilis iubilationis ob-
tineãt. Per eundem dominum no.





¶ Saluatio deuota ad beatissimam virginem Mariam.


Ave Regina cælorum: aue Domina angelorū. Salue radix sancta, ex qua mundo lux est orta. Gaude gloriosa, super omnes speciosa. Vale valde decora: & pro nobis semper Christum exora. Amen. Et benedicta sit sancta Anna mater tua: ex qua sine macula, caro tua processit virginea. Amen.

¶ Oratio metrica ad beatam virginem Mariam.

Alma redemptoris mater, quæ per uia
cæli
Porta manes, & stella maris: succurre
cadenti
Surgere qui curat populo. tu quæ genuisti,
Natura mirante, tuum sanctum genitorem
Virgo prius, ac posterius, Gabrielis
ab ore
Sumens illud Aue: peccatorum miserere.

¶ Horæ in laudem Beatiss. semper
Virg. M A R I A E, secundum
usum Curie
Romanæ.





Aue gratia plena, Dominus tecum: be-
nedita tu in mulieribus.

Ad Matutinum.

NON PLVS.



Domine labia mea aperies.
Et os meum annunciabit laudem
tuam.
Deus in adiutorium meū intēde.



SOLI DEO

LAUS

HONOR



Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nūc, & semper:
& in secula seculorū amen. Alleluia. *Et dicitur Alleluia a Pascha resurrectionis vsq; ad Septuagesimā. Et a Septuagesima vsq; ad Pascha dicitur,* Laus tibi Domine Rex

æternæ gloriæ. *Inuitatorium.* Ave Maria gratia plena, Dominus tecum. Ave Maria gratia plena, Dominus tecum. *Psalms.*

Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro: præoccupemus faciem eius in Confessione, & in Psalmis iubilemus ei. Ave Maria gratia plena, Dominus tecum.

Quoniā Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes Deos: quoniam non repellet Dominus plebem suā: quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines mōrtium ipse cōspicit. Dominus tecū.

Quoniam ipsius est Mare, & ipse fecit illud, & aridam fundauerūt manus eius: venite, adoremus, & procidamus ante Deū, ploremus coram Domino qui fecit nos: quia ipse est Dominus Deus noster, nos autem populus eius, & oves pascuæ eius. Ave Maria gratia plena, Dominus tecum.

Hodie, si voem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secūdum diem tentationis in deserto,





vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt, & viderunt opera mea. Dominus tecum.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi, semper hi errāt corde: ipsi vero non cognouerunt vias mea, quibus iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam. Ave Maria gratia plena Dominus tecum.

Gloria Patri & Filio: & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nūc, & semper: & in secula seculorum amen. Dominus tecum. Ave Maria gratia plena, Dominus tecum.

Hymnus.

Quem Terra, Pontus, Aethera colunt, adorant, prædicant: trinam regētem machinam, claustrum Mariæ batiulat.

Cui Luna, Sol, & omnia deseruiunt per tēpora: perfusa cæli gratia, gestant puellæ viscera.

Bea mater munere, cuius supernus artifex: mundum pugillo continens, ventris sub arca clausus.

Bea cæli nuncio, fœcunda sancto Spiritu: desideratus gentibus, cuius per aluum fufus est.

Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine: cum Patre, & sancto Spiritu, in sempiterna secula. Amen.





¶ Hi tres Psalmi sequētes dicūtur ad Ma-
tutinū die Dominico, die Luna, & die Io-
uis. Antipho. Benedicta tu. Psalmus. viij.

Domine Dominus noster: quā admira-
bile est nomen tuū, in vniuersa terra.

Quoniam eleuata est magnificētia tua: su-
per cælos.

Ex ore infantium & lactantium perfecisti
laudem, ppter inimicos tuos: vt destruas
inimicum & vltorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digi-
torum tuorum: lunam & stellas quę tu fun-
dasti.

Quid est homo q̄ memor es eius: aut fi-
lius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulominus ab Angelis, glo-
ria & honore coronasti eum: & constituisti
eum, super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues &
boues vniuersas, in super & pecora campi.

Volucres cæli & pisces maris: qui peram-
bulant semitas maris.

Domine dominus noster: quā admirabile
est nomen tuum in vniuersa terra.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio. *an.* Benedicta tu
in mulieribus: & benedictus fructus vētris
tui. *an.* Sicut myrrha. *Psalmus. xvij.*

CÆli enarrant gloriam Dei: & opera
manuum eius annunciat firmamētum.





Dies diei eruat verbum: & nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ neq; sermones: quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exiit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.

In Sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquã sponſus procedens de thalamo suo.

Exultauit vt gigas ad currẽdam viã: a summo cælo egressio eius.

Et occurſus eius vsque ad summum eius: nec est qui se abscondat a calore eius.

Lex Domini immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis.

Iustitiæ Domini recte, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus permanet in seculum seculi: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa.

Desyderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum: & dulciora super mel & fauum.

Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiẽdis illis retributio multa.

Deliãta quis itelligit? ab occultis meis munda me: & ab alienis parce seruo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tũc immaculatus ero: & emũdabor a delicto maximo.





Ft erūt vt complacent eloquia oris mei:
& meditatio cordis mei in conspectu tuo
semper.

Domine adiutor meus:& redēptor meus.

Gloria Patri,& Filio:& Spiritui sancto.

Sicut erat in prin. *ān.* Sicut myrrha electa
odorem dedisti suauitatis, sancta Dei geni-
trix. *ān.* Ante thorum. **Psalmus. xxiiij.**

Domini est terra, & plenitudo eius or-
bis terrarum:& vniuersi qui habitant
in eo.

Quia ipse super maria fundauit eum:& su-
per flumina præparauit eum.

Quis ascēdet in mōtem Domini? aut quis
stabit in loco sancto eius?

Innocēs manibus & mūdo corde, qui non
accepit in vano animam suam:nec iurauit
in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino:&
misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærētium eum : quærē-
tium faciem Dei Iacob.

At tollite portas principes vestras, & ele-
uamini portæ æternales : & introibit Rex
gloriæ.

Quis est iste Rex glorię? Dominus fortis
& potens:Dominus potens in prælio.

At tollite portas principes vestras, & ele-
uamini portæ æternales : & introibit Rex
glorię.





Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum, ipse est Rex gloriæ.

Gloria Patri, & Filio. *Sicut erat. in.* Antithorum huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dragmatis. *Versus.* Diffusa est gratia. *Et cætera quæ ante Lectiones.*

Tres hi Psalmi sequentes dicuntur die Martis, & die Veneris ad Matutinum. *an.* Specie tua. *Psalmus. xliiij.*

Eruclauit cor meum verbū bonum: dico ego opera mea Regi.

Lingua mea calamus scribæ: velociter scribentis.

Speciosus fornix præ filiis hominum: diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum: potentissime.


Specie tua & pulchritudine tua: intende prospere, procede & regna.

Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ: populi sub te cadent in corda inimicorum Regis.

Sedes tua Deus in seculum seculi: virga directionis virga regni tui.

Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ confortibus tuis.





Myrtha, & Gutta, & Cassia a vestimentis tuis a domibus eburneis: ex quibus delecta uerunt te filia Regum in honore tuo.

Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.

Et concupiscet Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus: & adorabunt eum.

Et filia Tyri in muneribus: vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.

Omnis gloria eius filia Regis ab intus in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducentur Regi virgines post eam: proximam eius afferentur tibi.

Afferentur in læticia & exultatione adducentur in templum Regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: consti-
tues eos principes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui Domine, in omni generatione & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in æ-
ternum: & in seculum seculi.

Gloria Pa. **S**icut. **an.** Specie tua & pulchritudine tua: intēde prospere, procede, & regna. **an.** Adiuuabit eam. **Psalmus. xlv.**

Deus noster refugium & virtus: adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis.





Propterea nō timebimus dum turbabitur terra: & transferentur mōtes in cor maris.

Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorū: con turbati sunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suū altissimus.

Deus in medio eius non cōmouebitur: adiuuabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatæ sunt gētes & inclinata sunt re gna: dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscū: susceptor no ster Deus Iacob.

Venite, & videte opera Domini: quæ po suit prodigia super terram.

Auferēs bella vsque ad finem terrę: arcum conteret & confringet arma, & scuta com buret igni.

Vacate & videte quoniam ego sum Deus: exaltabor in gētibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Iacob.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc & semper: & in secula seculorum. Amen. **Anti.** Adu

uuabit eam Deus vultu suo, Deus in medio eius non commouebitur. **Antipho.** Sicut lætantium. **Psalmus. lxxxvi.**

Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Siō, super om nia tabernacula Iacob.





Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.
Memor ero Raab: & Babylonis sciētū me.
Ecce alienigenæ, & Tyrus, & popul⁹ AE-
 thiopum: hi fuerunt illic.

Nunquid Siō dicet, homo, & homo natus
 est in ea: & ipse fundauit eam altissimus.

Dominus narrabit in scripturis populo-
 rum & principū: horum qui fuerunt in ea.

Sicut lætatiū omnium: habitatio est in te.

Gloria Patri, & Filio. **S**icut erat **ān**. Sicut
 lætantium omnium nostrum, habitatio est
 in te sancta Dei genitrix. **Versus.** Diffusa

est gratia. **Et cætera quæ ante Lectiones.**

Tres hi Psalmi dicuntur die Mercurij, &
 die Sabbati ad Matutinum. **Antip** Gaude
 Maria. **Psalms. xcv.**

Cantate Domino canticū nouum: can-
 tate Domino omnis terra.

Cantate Domino & benedicite nomini ei⁹:
 annunciate de die in diem salutare eius.

Annunciate inter gentes gloriam eius: in
 omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus Dominus & laudabilis
 nimis: terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dij gentium, dæmonia:
 Dominus autem cælos fecit.

Cōfessio & pulchritudo in cōspectu eius:
 sanctimonia & magnificentia in sanctifi-
 catione eius.

Afferte Domino patriæ gentium, afferte





Domino gloriam & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius.

Tollite hostias & introite in atria eius: adorate Dominum in atrio sancto eius.

Commoueat a facie eius vniuersa terra: dicite in gētibus quia Dominus regnauit.

Etenim correxit orbem terræ qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate.

Lætetur cæli & exultet terra: commoueat mare, & plenitudo eius: gaudebunt cæpi & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum a facie Domini, quia venit: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terræ in æquitate: & populos in veritate sua.

Gloria Patri & Filio. **S**icut erat in principio. **ān.** Gaude Maria virgo cunctas hæreses sola interemisti in vniuerso mundo. **ān.** Dignare me.

Psalms. xcvi.


Dominus regnauit, exultet terra: lætetur insulæ multæ.

Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia & iudicium correctio sedis eius.

Ignis ante ipsum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius.

Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.

Montes sicut cæra fluxerunt a facie Domini: a facie Domini omnis terra.





Annunciauerunt cæli iustitiam eius: & viderunt omnes populi gloriam eius.

Confundantur omnes qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulachris suis.

Adorate eum omnes Angeli eius: audiuit, & lætata est Sion.

Et exultauerunt filix Iudæ, propter iudicia tua Domine.

Quonia tu Dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes Deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum: custodit Dominus animas Sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est iusto: & rectis corde lætitia.

Lætamini iusti in Domino: & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

Gloria Pa. **S**icut erat. **an.** Dignare me laudare te virgo sacrata, da mihi virtutē contra hostes tuos. **an.** Post partū. **Psal. xcvij.**

Cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.

Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius.

Notum fecit Dominus salutare suū: in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ: & veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini terræ: salutare Dei nostri.





Iubilate Domino omnis terra: cantate, & exultate, & psallite.

Psallite Domino in cithara, in cithara & voce psalmi: in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.

Iubilate in conspectu Regis Domini: moveatur mare & plenitudo eius: orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt a conspectu Domini: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia: & populos in æquitate.

Gloria Patri, & filio **S**icut erat in principio. Post partum Virgo inuiolata permansisti, Dei genitrix intercede pro nobis. **Versus.** Diffusa est gratia in labiis tuis. **Resp.** Propterea benedixit te Deus in æternum. Pater noster. Et ne nos. Sed libe. **Benedictio.**

Precibus & meritis beatæ Mariæ semper virginis, & omnium Sanctorum perducatur nos Dominus ad regna caelorum. **Ref.** Amen. Iube Domine benedicere. **Benedictio.** Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria. **Respon.** Amen. **Letio. j.**

In omnibus requiem quaesivi, & in hæreditate Domini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi creator omnium, & qui creavit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi. In Iacob inhabita, & in Israel






hereditare, & in electis meis mitte radices. Tu autem Domine miserere nostri. **Resp.** Deo gratias. **Respon.** Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferā nescio. Quia quem cæli capere non poterāt, tuo gremio cōtulisti. **Versus.** Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vētris tui. Quia quem. **Versus.** Iube Domine benedicere. **Benedictio.** In omni tribulatione & angustia, succurrat nobis virgo Maria. **Respon.** Amen. **Lectio. ij.**

ET sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui: & in Hierusalē potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius: & in plenitudine Sāctorū dentio mea. Tu autē Domine miserere nostri. **Respon.** Deo gratias. **Respō.** Beata es virgo Maria, Quæ dominū portasti creatore mūdi. Genuisti qui te fecit, & in æternum permanes Virgo. **Versus.** Ave Maria gratia plena, Dominus tecum. Genuisti. Iube Domine benedicere. **Benedictio.** Per virginem matrem concedat nobis Dominus salutem & pacem. **Resp.** Amē. **Lect. iij.**

QVasi Cædrus exaltata sum in Libano: & quasi Cypressus in mōte Siō. Quasi Palma exaltata sum in Cades: & quasi plātatio rosæ in Hierico. Quasi Oliua speciosa in campis: & quasi Platanus





exaltata sum iuxta aquas in plateis. Sicut
Cinnamomum & Balsamum aromatizans,
odorem dedi. Quasi Myrrha electa, dedi
suauitatem odoris. Tu autem domine mise
rere nostri. Deo gratias. **Respō.** Felix nā-
q; es sacra virgo Maria, & omni laude di-
gnissima. Quia ex te ortus est Sol iustitiæ,
Christus Deus noster. **Versus.** Ora pro po-
pulo, interueni pro clero, intercede p̄ de-
uoto sœmineo sexu: sentiant oēs tuum leua-
men, quicūq; celebrant tuam commemora-
tionem. Quia ex te ortus est. Gloria Patri,
& Filio: & Sp̄i sancto. Christus deus no.

**Canticum Sāctorum Am-
brofij & Augustini.**



DE Deum laudamus: te dominum
confitemur.

Te æternum patrem: omnis ter-
ra veneratur.

Tibi omnes angeli: tibi cœli & vniuersę po-
testates.

Tibi Cherubin & Seraphin: incessabili vo-
ce proclamant.

Sanctus. **S**anctus. **S**anctus Dominus Deus Sa-
baoth.

Heni sunt cœli & terra: maiestatis gloria
tuæ.

Te gloriosus apostolorum chorus.

Te prophetarum laudabilis numerus.

Te martyrum cādidas: laudat exercitus.

NON PLYS



Te per orbē terrarū sc̄ā cōfitetur ecclesia.
atrem immensæ maiestatis.

Venerandū tuum verum & vnicum filium.
sanctum quoque paraletum spiritum.

Su rex gloriæ Christe.

Tu patris, sempiternus es filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem:
non horruisti virginis uterum.

Tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credē-
tibus regna cælorum.

Tu ad dexterā Dei sedes: in gloria patris.
iudex crederis esse venturus.

Te ergo quæsumus famulis tuis subueni:
quos precioso sanguine redemisti.

Æterna fac: cum sanctis tuis in gloria nu-
merari.

NON PLUS

Saluum fac populum tuum Domine: & be-
nedic hereditati tuæ.

Et rege eos: & extolle illos vsq; in æternū.
per singulos dies: benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in seculum: & in
seculum seculi.

Dignare Domine die isto: sine peccato nos
custodire.

Miserere nostri Domine: miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine super nos:
quæadmodum sperauimus in te.

In te Domine speraui: non confundar in
æternum.

Ad Laudes.





DEus in adiutorium meū intēde,
Dom̄ie ad adiuuādū me festina,
Gloria Patri, & Filio: & Sp̄i.
Sicut erat in princi, Alleluia.

an. Assumpta est Maria. **Psalmus. xcii.**

Dominus regnauit, decorē indutus est:
indutus est Dominus fortitudinem, &
præcinxit se.

Etenim firmauit orbem terræ: qui non cō-
mouebitur.

Parata sedes tua Deus ex tūc: a seculo tu es.

Eleuauerunt flumina Domine: eleuauerūt
flumina uocem suam.

Eleuauerūt flumina fluxus suos: a uocibus
aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: mirabilis in al-
tis Dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis:
domum tuam decet sanctitudo Domine in
longitudinem dierum.

Gloria Pa. Sicut erat. **an.** Assumpta est Ma-
ria in cælū: gaudēt Angeli laudātes bēnedi-
cūt Dominum. **an.** Maria uirgo. **ps. xcix.**

Iubilate Deo omnis terra: seruite Domi-
no in lætitia.

Introite in conspectu eius: in exultatione.

Scitote quoniam Dominus ipse est Deus:
ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Populus eius, & oues pascuæ eius, introite
portas eius in cōfessione: atria eius in hym-
nis confitemini illi.

Laudate nomen eius, quoniā suauis est Do-
minus: in æternum mīa eius, & vsq; in ge-
neratione & generationem ueritas eius.

SOLI DEO

LAUS

HONOR



Gloria Patri & Filio. Sicut erat in princi.
an. Maria virgo assumpta est ad æthereum
thalamum, in quo Rex regum stellato sedet
folio. **an.** In odorem. **Psalmus. lxiij.**

Deus Deus meus: ad te de luce vigilo. —
Sitiuit in te anima mea: quã multipli-
citer tibi caro mea.

In terra deserta inuia & inaquosa, sic in san-
cto apparui tibi: vt viderem virtutem tuam
& gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua su-
per vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: & in nomine
tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe & p̄guediẽ repleatur aĩa mea:
& labiis exultationis laudabit os meum.

Sic memòr fui tui super stratũ meũ, in ma-
tutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor
meus.

Et in velamẽto alarũ tuarũ exultabo, adhæ-
sit aĩa mea post te: me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæsierũt aĩam meam,
introibũt ĩ inferiora terræ: tradẽtur in ma-
nus gladij, partes vulpium erunt.

Rex vero lætabitur in Deo, laudabuntur
omnes qui iurãt in eo: quia obstructum est
os loquentium iniqua. **Psalmus. lxxvj.**

Deus misereatur nostri, & benedicat no-
bis: illuminet vultum suum super nos,
& misereatur nostri.





Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteatur tibi populi Deus: confiteatur tibi populi omnes.

Letetur & exultet gētes: quoniā iudicas populos in equitate, & gētes in terra dirigis.

Cōfiteatur tibi populi Deus, cōfiteatur tibi populi oēs: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nūc, & semper: & in secula seculorū amen. **ān.** In odore vnguentorum tuorū currimus: adolescentulæ dilexerunt te nimis. **ān.** Benedicta filia.

¶ Canticum trium puerorum. Danie. iij.

Benedicite oīa opera Domini Domino: laudate & superexaltate eū in secula.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite Cæli Domino.


Benedicite aquæ omnes, quæ super Cælos sunt Domino: benedicite omnes Virtutes Domini Domino.

Benedicite Sol, & Luna Domino: benedicite Stellæ cæli Domino.

Benedicite Imber & Ros Domino: benedicite omnis Spiritus Dei Domino.

Benedicite Ignis & Aestus Domino: benedicite Frigus & Aestas Domino.





Benedicite Rores, & Pruina Domino: benedicite Gelu, & Frigus Domino.

Benedicite Glacies, & Niuēs Domino: benedicite Noctēs, & Dies Domino.

Benedicite Lux, & Tenebræ Domino: benedicite Fulgura, & Nubes Domino.

Benedicat Terra Dominum: laudet, & superexaltet eum in secula.

Benedicite Montes, & Colles Domino: benedicite vniuersa Germinantia in Terra Domino.

Benedicite Fontes Domino: benedicite Maria, & Flumina Domino.

Benedicite Cete, & omnia quæ mouentur in aquis Domino: benedicite omnes Volucres cæli Domino.

Benedicite omnes Bestiæ, & Pecora Domino: benedicite Filij hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum: laudet, & superexaltet eum in secula.


Benedicite Sacerdotes Domini Domino: benedicite Serui Domini Domino.

Benedicite Spiritus, & Animæ iustorum Domino: benedicite sancti, & Humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: laudate & superexaltate eum in secula.

Penedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu: laudemus, & superexaltemus eum in secula.





Benedictus es Domine in firmamēto cæli:
& laudabilis & gloriosus, & superexaltatus
in secula. **ān.** Benedicta filia tu a Domino:
quia per te fructum vitæ cōmunicauimus.
ān. Pulchra es & decora: **Psalmus. cxlviii.**

Laudate Dominum de cælis: laudate eū
in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli eius: laudate
eum omnes Virtutes eius.

Laudate eum Sol, & Luna: laudate eum om-
nes Stellæ, & Lumen.

Laudate eum Cæli cælorum: & aquæ quæ
super cælos sunt laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse manda-
uit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in seculum seculi:
præceptum posuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra: Dracones, &
omnes abyssi.

Ignis, Grādo, Nix, Glacies, Spiritus pro-
cellarum: quæ faciunt verbum eius.

Montes & omnes Colles: Ligna fructifera
& omnes Cedri.

Bestiæ, & vniuersa Pecora: Serpētes, & Vo-
lucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes Populi: Principes,
& omnes Iudices terræ.

Iuuenes, & Virgines, Senes cum Iuniori-
bus laudēt nomen Domini: quia exaltatum
est nomen eius solius.





Confessio eius super cælum & terrâ: & ex-
altauit cornu populi sui.

Hymnus omnibus Sanctis eius: filiis Israel
populo appropinquanti sibi. *Pfal. cxlix.*

Cantate Domino canticum nouum: laus
eius in Ecclesia Sanctorum.

Lætetur Israel in eo qui fecit eum: & filiæ
Sion exultent in Rege suo.

Laudent nomen eius in choro: in tympano
& psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in popu-
lo suo: & exaltauit mansuetos in salutem.

Exultabunt Sancti in gloria: lætabuntur in
cubilibus suis.

Exultationes Dei in gutture eorum: & gla-
dij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: in-
crepationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in cõpedibus:
& nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium conscriptû: glo-
ria hæc est omnibus Sanctis eius. *Pfal. cl.*

Laudate Dominum in Sanctis eius: lau-
date eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum
secundum multitudinẽ magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in
psalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate
eum in chordis & organo.





Laudate eum in cymbalis benesonantibus,
laudate eum in cymbalis iubilationis : Om
nis Spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper:
& in secula seculorum amen. *an.* Pulchra
es, & decora filia Hierusalem, terribilis vt
castrorum acies ordinata. *Capitulum.*

Viderunt eam filię Sion, & beatissimam
prędicauerunt Reginę, & laudauerunt
eam. *Respon.* Deo gratias. *Hymnus.*

O Gloriosa domina, excelsa supra syde-
ra: qui te creauit prouide, laetasti sacro
vbere.

Quod Eua tristis abstulit, tu reddis almo
germine: Intrent vt astra flebiles, cęli fene
stra factę es.

Tu regis alti ianua, & porta lucis fulgida:
vitam datam per virginem, gentes redem-
ptę plaudite.

Gloria tibi Domine, qui natus es de virgi
ne: cum patre & Sancto spiritu, in semp-
terna secula. Amen. *Versus.* Benedicta tu
in mulieribus. *Respon.* Et benedictus fru-
ctus ventris tui. *an.* Beata dei genitrix.

Canticum Zacharię Prophete. Lu. j.

Benedictus Dominus Deus Israel: quia
visitauit & fecit redēptionē plebis suę.

Et erexit cornu salutis nobis: in domo Da
uid pueri sui.





Sicut locutus est per os sanctorum: qui a seculo sunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris: & de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cū patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti.

In iurandum quod iuravit ad Abraham patrem nostrum: daturum se nobis.

Vt sine timore de manu inimicorū nostrorum liberati: seruiamus illi.

In sanctitate & iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer propheta altissimi vocaberis: præbis enim aute faciem Domini parare vias eius.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent: ad dirigēdos pedes nostros in viam pacis.

Gloria. Sicut. **ꝯn.** Beata Dei genitrix Maria virgo perpetua, tēplū Domini, sacrariū Spiritus sancti, sola sine exemplo placuisti Domino nostro Iesu Christo: ora pro populo: interueni pro clero: intercede p̄ deuoto scemineo sexu. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. **Ver.** Domine exaudi orationē. **Resp.** Et clamor meus. **Oratio.**





Deus qui de beatae Mariae virginis utero verbum tuum (angelo nunciante) carnem suscipere voluisti, presta supplicibus tuis: ut qui vere eam Dei genitricem credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem Christum Domini.

¶ **Commemoratio de Sanctis. añ.**

Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumque salute. **Versus.** Latamini in domino & exultate iusti, **Respõ.** Et gloriamini omnes recti corde. **Oratio.**

Protege Domine populum tuum: & apostolorum tuorum Petri & Pauli & aliorum Apostolorum patrocinio confidentem perpetua defensione conserua. **Oratio.**

Omnes Sancti tui quaesumus Domine nos ubique adiuuent: ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus: & pacem tuam nostris concede temporibus: & ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Iter, actus, & voluntates nostras & omnium famulorum tuorum in salutis tuae prosperitate dispone: benefactoribus nostris sempiterna bona retribue: & omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam concede. Per dominum nostrum Iesum Christum. **Vers.** Domine exaudi orationem meam. **Respõ.** Et clamor meus ad te veniat. **Versus.** Benedicamus Domino. **Respon.** Deo gratias.

¶ **Ad Primam.**





D Eus in adiutorium meū intende.
Domine ad adiuuādū me festina.
Gloria Patri & Filio & sp̄i.
Sicut erat in princi. **Hymnus**



Memento salutis autor, ꝓ nostri quondam corporis: ex illibata virgine nascendo formam sumpseris.

Maria mater gratiæ, mater misericordiæ: tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.

Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine, cum Patre & sancto Spiritu, in sempiterna secula. Amen. **Antipho.** Assumpta est Maria.

Psalms. liij.

Deus in nomine tuo saluū me fac: & in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meā: auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam: & non proposuerunt Deum ante conspectū suum.

Fecce enim Deus adiuuat me: & Dominus susceptor est animæ meæ.


Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine: quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus.

Gloria Patri. **S**icut erat **Psalms. lxxxiiij.**

Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.





Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ.

Cōuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam a nobis.

Nunquid in æternum irasceris nobis: aut extends iram tuam a generatione in generationem?

Deus tu cōuersus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis Domine misericordiã tuã: & salutare tuum da nobis.

Audiã quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebẽ suam.

Et super Sanctos suos: & in eos qui conuertuntur ad cor.

Veruntamen prope timentes eum salutare ipse: vt inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia & Veritas obuauerunt sibi: Iustitia & Pax osculatæ sunt.


Veritas de terra orta est: & Iustitia de cælo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eũ ambulabit: & ponet in viam gressus suos.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper & in secula seculorũ amen. *Psalmus. cxvj.*





Laudate Dominum omnes gentes : lau-
date eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos mise-
ricordia eius:& veritas Domini manet in
æternum.

Gloria Patri. Sicut erat. añ. Assumpta est
Maria in cælum, gaudent Angeli, laudan-
tes benedicunt Dominum. **Capitulum.**

Quæ est ista quæ progreditur quasi Au-
roræ confurgens, pulchra vt Luna, ele-
ta vt Sol, terribilis vt castrorum

acies ordinata? **Respon.** Deo gratias. **Vers.**
Dignare me laudare te virgo sacrata. **Ref.**
Da mihi virtutem contra hostes tuos. Ky-
rie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.


Versus. Domine exaudi orationem meam.
Resp. Et clamor meus ad te veniat. **Oratio**

Deus qui virginalem aulam beatæ Ma-
riæ virginis, in qua habitares eligere
dignatus es, da quæsumus: vt sua nos defen-
sione munitos, iucundos suæ facias inter-
esse commemorationi. Qui viuis & regnas
in secula seculorum. Amē. **Pro Sanctis añ.**

Sancti Dei omnes intercedere dignemini
pro nostra omniumque salute. **Versus.** Læ-
tamini in Domino & exultate iusti. **Resp.**
Et gloriamini omnes recti corde. **Oratio.**

Exaudi nos deus salutaris, vt infra ad. vj.
Omnes Sancti tui quæsumus Domine, &c.

¶ Ad Tertiam.





DEus in adiutorium meū intende.
Domine ad adiuuandū me festina.
Gloria Patri, & Filio: & spiri.
Sicut erat. Allcluia. **Hymnus.**



Memento salutis autor, ꝓ nostri quō-
dam corporis: ex illibata Virgine na-
scendo formam sumpseris.

Maria mater gratiæ, mater misericordiæ:
tu nos ab hoste protege, & hora mortis
suscipe.

Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgi-
ne: cum patre & sancto Spiritu, in semp-
terna secula. Amē *an* Maria virgo. *ps. cxix*

Ad Dominum cum tribularer clamaui:
& exaudiuit me.

Domine libera animam meam a labiis ini-
quis: & a lingua dolosa.

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi:
ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutiæ: cum carbonibus
desolatoriis.

Hei mihi quia incolatus meus prolonga-
tus est: habitavi cum habitantibus Cedar,
multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem eram pacifi-
cus: cum loquebar illis impugnabant me
gratis.

Gloria Patri *Sicut erat.* *Psalmus. cxix.*

Leuavi oculos meos in montes: vnde ve-
niet auxilium mihi.

Auxilium meum a Domino: qui fecit cæ-
lum & terram.

Non det in commotionem pedem tuū: ne-
que dormitet qui custodit te.





Ecce non dormitabit neque dormiet; qui
custodit Israel,

Dominus custodit te, Dominus protectio
tua: super manum dexteram tuam.

Per diem Sol non vret te: neque Luna per
noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custo-
diat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum & exi-
tum tuum: ex hoc nunc & vsque in seculum.

Gloria Patri sicut erat, **Psalmus. cxxj.**

LAetatus sum in his quae dicta sunt mi-
hi: in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis
Hierusalem,

Hierusalem quae aedificatur vt ciuitas: cuius
participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Do-
mini: testimonium Israel ad confitendum
nomini Domini.

Quia illic federunt sedes in iudicio: sedes
super domum Dauid.

Rogate quae ad pacem sunt Hierusalem: &
abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in tur-
ribus tuis.

Propter fratres meos & proximos meos: lo-
quebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri: quae-
sui bona tibi.





Gloria Patri. **S**icut erat. **ān.** Maria virgo
assumpta est ad æthereum thalamū, in quo
Rex regum stellato sedet solio. **Capitulū.**

ET sic in Sion firmata sum, & in ciuitate
sanctificata similiter requieui, & in
Hierusalē potestas mea. **Respon.** Deo gratias.
Verf. Diffusa est gratia in labiis tuis.
Respō. Propterea benedixit te Deus in æ-
ternum. **Kyrie eleison.** **Christe eleison.** **Ky-
rie eleison.** **Verf.** Domine exaudi orationē
meā. **Respō.** Et clamor meus ad te. **Oratio.**

Deus qui salutis æternæ beatæ Mariæ
virginitate fecunda humano generi
præmia præstitisti, tribue quæsumus: vt ip-
sam pro nobis intercedere sentiamus, per
quam meruimus autorem vitæ suscipere
Dominum nostrum Iesum Christum filiū
tuum. Amen.

Pro Sanctis. ān.
Sancti Dei omnes intercedere dignemini
pro nostra omniumque salute. **Versus.** Læ-
tamini in Domino, & exultate iusti. **Resp.**
Et gloriamini omnes recti corde. **Oratio.**

Protege Domine populum tuum, & A-
postolorum tuorum Petri, & Pauli, &
aliorum Apostolorū patrociniō confidē-
tē perpetua defensione cōserua. **Oratio.**
Omnes Sancti tui quæsumus Domine nos
vbique adiuuent, vt dum eorum &c.

Ad Sextam.





Deus in adiutorium meum intēde
De mine ad adiuuādū me festina.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui
sancto.



Sicut erat in principio, & nunc, & semper:
& in secula seculorum amē. Alleluia. **Hy^o.**

Memento salutis autōr, q̄ nostri quō-
dam corporis: ex illibata Virgine na-
scendo formam sumipseris.

Maria Mater gratiæ, mater misericordię:
tu nos ab hoste protege, & hora mortis
suscipe.

Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgi-
ne: cū Patre & sancto Spiritu, in sempiter-
na secula. Amen. **in** In odorem **Psal.cxxij.**

Ad te leuavi oculos meos: qui habitas
in cælis.

Ecce sicut oculi seruorum: in manibus do-
minorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manib^o dominæ suę:
ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrū
donec misereatur nostri.

Miserere nostri Domine, miserere nostri:
quia multum repleti sumus despectione.

Quia multum repleta est anima nostra: op-
probrium abundantibus & despectio su-
perbis.

Gloria Patri, & Filio: & spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper:
& in secula seculorum amen. **Psal.cxxiij.**

Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat
nunc Israel: nisi quia Dominus erat in
nobis.

Cum exurgerent homines in nos: forte vi-





uos deglutissent nos.

Cum irasceretur furor eorum in nos: forsit
an aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransiuit anima nostra: for-
sit an pertransisset anima nostra a quam in-
tolerabilem.

Benedictus Dominus qui nō dedit nos: in
captive dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est: de la-
queo venantium.

Laqueus cōtritus est: & nos liberati sumus.

Adiutorium nostrum in nomine Domini:
qui fecit cælum & terram.

Gloria Patri, sicut erat. *Psalmus. cx. xiiij.*

Qui confidunt in Domino sicut mons
Sion: non commouebitur in æternum
qui habitat in Hierusalem.

Montes in circumitu eius, & Dominus in
circumitu populi sui: ex hoc nunc & vsque
in seculum.

Quia non relinquet Dominus virgam pec-
catorum super sortem iustorum: vt nō ex-
tendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac Domine: bonis & rectis corde.

Eclinantes autem in obligationes addu-
cet Dominus cum operantibus iniquita-
tem: pax super Israel.

Gloria Patri, & Filio: & spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper:
& in secula seculorum amen.





Antipho. In odorem vnguentorum tuorum currimus, adulescentulæ dilexerunt te nimis.

Capitulum.

ET radicaui in populo honorificato: & in partes Dei mei hæreditas illius: & in plenitudine Sãctorum detentio mea. **Ref.** Deo gratias. **Versus.** Benedicta tu in mulieribus. **Respon.** Et benedictus fructus ventris tui. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. **Versus.** Domine exaudi orationem meam. **Respon.** Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

Concede misericors Deus fragilitati nostræ præsidium: vt qui sanctæ Dei genitricis & virginis Mariæ memoriã agimus, intercessionis eius auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

¶ Pro Sãctis. añ. Sancti Dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumq; salute. **Versus.** Lætamini in Domino, & exultate iusti. **Respon.** Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

Exaudi nos Deus salutaris noster, & Apostolorum tuorum Petri, & Pauli, & aliorum Apostolorum nos tuere psidiis, quorum donasti fideles esse doctrinis. **Oratio.** Omnes Sãcti tui quæsumus Domine. &c.

¶ Ad Nonam.





DEus in adiutorium meū intēde.
D omine ad adiuuandum me fe.
G loria Patri, & Filio: & Spiri-
t ui sancto.



Sicut erat in principio, & nunc, & semper:
& in secula seculorum amē. Alleluia. **Hy.**

Memento salutis autor, q̄ nostri quō-
dam corporis: ex illibata Virgine na-
scendo formam sumpseris.

Maria mater gratiæ, mater misericordiæ:
tu nos ab hoste protege, & hora mortis
suscipe.

Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgi-
ne: cū Patre & sancto Spiritu, in sempiter-
na secula. Amen. **an** Pulchra es. **Psal. cxxv.**

IN conuertendo Dominus captiuitatem
Sion: facti sumus sicut consolati.

Tunc repletum est gaudio os nostrum: &
lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gētes: magnificauit Do-
minus facere cum eis.

Magnificauit Dominus facere nobiscum:
facti sumus lætantes.

Conuertere Domine captiuitatem nostrā:
sicut torrens in austro,

Qui seminant in lachrymis: in exultatio-
ne metent.

Euntes ibant & flebant: mittentes semina
sua.

Venientes autem veniēt cum exultatione:
portantes manipulos suos.

Gloria Patri, Sicut erat. **Psalms. cxxvj.**

Nisi Dominus ædificauerit domum: in
vanum laborauerunt qui ædificāt eā.





Nisi Dominus custodierit ciuitatē: frustra
vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surgi
te postquam sederitis, qui manducatis pa-
nem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: ecce
hæreitas Domini, filij, merces fructus
ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij ex-
cussorum.

Beatus vir qui impleuit desiderium suum
ex ipsis: non cōfundetur cum loquetur ini-
micis suis in porta.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio. **Psalmus. cxxvij.**

Beati omnes qui timent Dominum: qui
ambulant in viis eius.

Labores manuum tuarum quia manduca-
bis: beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua sicut vitis abundans: in lateribus
domus tuæ.

Filij tui sicut nouellæ oliuarū: in circumi-
tu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo: qui timet Do-
minum.

Benedicat tibi Dominus ex Siō: & videas
bona Hierusalē omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem su-
per Israel.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.





Sicut erat in principio, & nunc, & semper:
& in secula seculorum amen. **Antiph.** Pul-
chra es & decora filia Hierusalem, terribi-
lis vt castrorum acies ordinata. **Capitulū.**

IN plateis sicut cinnamomum, & balsa-
mum aromatizans odorem dedi, quasi
myrrha electa dedi suauitatē odoris. **Resp.**
Deo gratias. **Versus.** Post partū Virgo in-
uiolata permansisti. **Respon.** Dei genitrix
intercede pro nobis. Kyrie eleison. Chri-
ste eleison. Kyrie eleison. **Versus.** Domine
exaudi orationem meā. **Respon.** Et clamor
meus ad te veniat. **Oratio.**


FAmulorum tuorum quæsumus Domi-
ne delictis ignosce: vt qui tibi placere
de actibus nostris non valemus, genitricis
filij tui Domini nostri Iesu Christi inter-
cessione saluemur. Per eundem Christum
Dominum nostrum. Amen.

¶ Pro Sanctis. añ. Sācti Dei omnes inter-
cedere dignemini pro nostra omniumq; sa-
lute. **Versus.** Lætamini in Domino, & exul-
tate iusti. **Respon.** Et gloriamini omnes re-
cti corde. **Oratio**

PRæsta quæsumus omnipotens Deus: vt
nullis nos permittas perturbationibus
concuti, quos in apostolicæ confessionis
petra solidasti. **Oratio.**

Omnes Sācti tui quæsumus Domine. &c.

¶ Ad Vesperas.



NON PLUS.



Eus in adiutorium meū intēde.

Domine ad adiuuandum me fe.

Gloria Patri, & Filio & spiri.

Sicut erat in princip. Alleluia.

Antiph. Dum esset Rex. **Psalmus. cix.**

Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos: scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus Sanctorum; ex utero ante luciferum genui te.

Iuravit Dominus, & non poenitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis: cõfregit in die irę suę reges.

Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: propterea exalabit caput.

Gloria Patri. **S**icut erat in principio. **an.** Dũ esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit suauitatẽ odoris. **an.** Leua ei. **ps. cxij.**

Laudate pueri Dominum: laudate nomẽ Domini.

Sit nomen Domini benedictũ: ex hoc nũc & vsque in seculum.

A solis ortu vsq; ad occasum: laudabile nomen Domini.

Excelsum super omnes gentes Dominus: & super cælos gloria eius.

SIC VT
HOMINIS



Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat: & humilia respicit in cælo & in terra.

Suscitans a terra inopem: & de stercore erigens pauperem.

Vt collocet eum cū principibus: cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc. *ān.* Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. *ān.* Nigra sum. *Psalmus. cxxj.*

LA Etatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis Hierusalem.

Hierusalē quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israel ad confitendū no-
mini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum Dauid.

Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem: & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos & proximos meos: loquebar pacem de te.





Propter domum Domini Dei nostri: que-
sui bona tibi.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & semper:
& in secula seculorum amē. *ān.* Nigra sum
sed formosa filia Hierusalem, ideo dilexit
me Rex, & introduxit me in cubiculū suū.
ān. Iam hyems. *Psalms. cxxvj.*

Nisi Dominus ædificauerit domū: in va-
num laborauerunt qui ædificant eam.
Nisi Dominus custodierit ciuitatem: fru-
stra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surgi-
te postqua sederitis qui manducatis pa-
nem doloris.


Cum dederit dilectis suis somnū: ecce hæ-
reditas Domini, filij, merces fruct⁹ vētris.
Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij ex-
cussorum.

Beatus vir qui impleuit desiderium suum
ex ipsis: non confundetur cū loquetur ini-
micis suis in porta.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & semper:
& in secula seculorum amen. *ān.* Iam hyēs
transiit, imber abiit & recessit, surge Ami-
ca mea & veni. *ān.* Speciosa. *Psal. cxlvij.*

Lauda Hierusalem Dominū: lauda Deū
tuum Sion.

Quoniam cōfortauit feras portarum tua-



rum: benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo eius.

Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit?

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus eius, & fluent aquæ.

Qui annunciat verbum suum Iacob: iustitias & iudicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis.

Gloria Patri, & Filio. **S**icut erat **an.** Speciosa facta es, & suavis in deliciis tuis sancta Dei genitrix. **Capitulum.**

A B initio & ante secula creata sum, & usque ad futurum seculum non desinā: & in habitatione sancta coram ipso ministravi. **Respon.** Deo gratias. **Hymnus:**

A Ve maris stella, Dei mater alma: arque semper virgo, felix cæli porta.

Sumēs illud aue, Gabrielis ore: funda nos in pace, mutans nomen Euæ.

Solue vincla reis, profer lumen cæcis: mala nostra pelle, bona cuncta posce.

Montra te esse matrem, sumat per te preces: qui pro nobis natus tulit esse tuus.



Virgo singularis, inter omnes mitis: nos
culpulis solutos, mites fac, & castos.

Vitam præsta puram, iter para tutum: ut vi-
dentes Iesum, semper collætemur.

Sit laus Deo Patri summo, Christo decus,
Spiritu sancto, tribus honor vnus. Amen.

Verf. Diffusa est gratia in labiis tuis **Resp.**
Propterea benedixit te Deus in æternum.

Antip. Beata mater. **Canticum Mariæ.**

Magnificat anima mea Dominum.
Et exultauit spiritus meus: in Deo sa-
lutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ec-
ce enim ex hoc beatam me dicent omnes
generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: &
sanctum nomen eius.

Et misericordia eius a progenie in proge-
nies: timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: dispersit
superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede: & exaltauit hu-
miles.

Esurientes impleuit bonis: & diuites dimi-
sit inanes.

Suscepit Israel puerum suum: recordatus
misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros: Ab ra-
ham, & semini eius in secula.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.





Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in secula seculorum amen.

Antipho. Beata mater, & innupta virgo, gloriosa, Regina mundi, intercede pro nobis ad Dominum. **Et est sciendum q̄ a vigilia Paschæ vsque ad Ascensionem Domini loco prædictæ antiphonæ dicitur sequens Antipho.** Regina cæli lætare, alleluia. Quia quem meruisti portare, alleluia. Resurrexit sicut dixit, alleluia. Ora pro nobis Deum, alleluia. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. **Vers.** Domine exaudi orationē meā. **Resp.** Et clamor meus ad te veniat. **Oratio.**

Concede nos famulos tuos quæsumus Domine Deus perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ semp virginis intercessione a præsentis liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia, Per Christum Dominum nostrum. Amen.

¶ Pro Sanctis añ.

Sancti Dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumque salute. **Versus.** Lætamini in Domino, & exultate iu. **Respon.** Et gloriamini omnes recti corde. **Oratio.**

Protege Domine populum tuū: & apostolorum tuorum Petri & Pauli & aliorum Apostolorum patrocinio confidētem perpetua defensione conserua. **Oratio.**





O mnes Sancti tui quæsumus Domine nos ubiq; adiuuent: vt dum eorū merita recolimus, patrocina sentiamus: & pacē tuam nostris concede temporibus: & ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Iter, actus, & volūtates nostras & omniū famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone: benefactoribus nostris sempiterna bona retribue: & omnibus fidelibus defunctis requiem æternam concede. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuū, qui tecum viuit & regnat in vnitāte Spiritus sancti Deus, Per omnia secula seculorū. Amen. **Versus.** Domine exaudi orationem meam. **Respon.** Et clamor meus ad te veniat. **Versus.** Benedicamus Domino. **Ref.** Deo gratias. **Versus.** Fidelium animæ defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace Amen.

Aue benignissime Iesu cum omnibus sanctis tuis.

Aue Maria gratia plena Dominus tecum benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui.

Et benedicta sit sanctissima mater tua Anna: ex qua sine macula tua processit caro virginea. Amen.

¶ Ad completorium.





Onuerte nos Deus salutaris no-
ster.

Et auerte iram tuam a nobis.

Deus in adiutoriū meū intende.



Domine ad adiuvandum me festina.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & semper:
& in secula seculorum amen. *Psal. cxxviii.*

SAepe expugnauerunt me a iuuentute
mea, dicat nunc Israel.

Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea:
etenim non potuerunt mihi.

supra dorsum meum fabricauerunt pecca-
tores: prolongauerunt iniquitatem suam.

Dominus iustus cõcidet ceruices peccato-
rum: confundantur & cõuertantur retror-
sum omnes qui oderunt Sion.

Fiant sicut fœnum tectorum: quod prius-
quam euellatur exaruit.

De quo nõ impleuit manum suam qui met-
ter: & sinum suum qui manipulos colliget.

Et non dixerunt qui præteribant, benedi-
ctio Domini super vos: benediximus vobis
in nomine Domini.

Gloria Patri, sicut erat. *Psalmus. cxxix.*

DE profundis clamaui ad te Domine:
Domine exaudi vocem meam.

Pant aures tuæ intendentes: in vocem de-
precationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris Domine: Do-
mine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: & ppter le-
gem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit

NON PLUS





anima mea in Domino.

Acustodia matutina vsque ad noctem: speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria Patri. *sicut erat.* **Psalmus. cxxx.**

Domine non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis: neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam.

Sicut ab lactatus est super matre sua: ita retributio in anima mea.

Speret Israel in Domino: ex hoc nunc & vsque in seculum.

Gloria Patri. *sicut erat.*

Hymnus.


Memento salutis autor, q̄ nostri quodam corporis: ex illibata Virgine nascendo formam sumpseris.

Maria mater gratiæ, mater misericordiæ: tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.

Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine: cū Patre & sancto Spiritu, in sempiterna secula. Amen.

Capitulum.

Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & magnitudinis, & sanctæ spei.





Respon Deo gratias. *Versus*. Ora pro nobis sancta Dei genitrix. *Respon*. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. *an*. Sub tuum praesidium. *Canticum Simeonis*.

Nunc dimittis seruum tuum Domine: secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei salutare tuum.

Quod paraisti ante faciem omnium populorum.


Lumen ad reuelationem gentium: & gloriam plebis tuae Israel.

Gloria Patri, & Filio: & spiritui Sancto.

Sicut erat in principio. *an*. Sub tuum praesidium confugimus sancta Dei genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus: sed a periculis cunctis libera nos semper Virgo gloriosa & benedicta. *Et est*

sciendum q̄ a vigilia Paschae vsq; ad Ascensionem Domini loco praedictae antiphonae dicitur sequens *an*. Regina caeli laetare, alleluia. Quia quem meruisti portare, alleluia. Resurrexit sicut dixit, alleluia. Ora pro nobis Deum, alleluia. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. *Versus*. Domine exaudi orationem meam. *Resp*. Et clamor meus ad te veniat. *Oratio*.

Beatae & gloriosae semperque virginis Mariae quaesumus Domine intercessio gloriosa nos protegat, & ad vitam perducat aeternam. Per Christum Dominum no.





¶ Pro Sanctis añ. Sãcti Dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumque salute. **Verf.** Lætamini. **Ref.** Et glo. **oratio.** Exaudi nos Deus salutaris. &c. **Oratio.** Omnes Sancti tui quęsumus Domine. &c.

¶ Canticum filiorum Euz.

Salue Regina misericordię, vita, dulcedo, & spes nostra salue. Ad te clamamus exules filij Euz. Ad te suspiramus gementes & flētes in hac lachrymarum valle. Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos cōuerte. Et Iesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende. O clemens, O pia, O dulcis Maria. **Verf.** Ora pro nobis sancta Dei genitrix. **Respō.** Vt digni efficiamur promissionibus Christi. **Oratio.**

Omnipotens sempiternus Deus, qui gloriosę virginis Marię corpus & animam vt dignum Filij tui habitaculum effici mereretur Spiritu sancto cooperante præparasti: da vt cuius commemoratione lætamur, eius pia intercessione ab instantibus malis, & a morte perpetua atque subitanea liberemur, Per eundem. **Psalmus.** Deus misereatur nostri, & benedicat. &c. **Ver.** Domine De⁹ virtutū cōuerte nqs. **Ref.** ostēde faciē tuam & salui erimus. **Ver.** Exurge Christe adiuua nos. **Respō.** Et libera nos propter nomen tuum. **Verf.** Domine



exaudi orationē meā. Et clamor. *Oratio.*

Deus qui illuminas noctem, & lucem post tenebras facis, concede nobis famulis tuis: vt hanc noctem sine vllō impedimento Satanæ transeamus: atque in matutinis horis ad sanctum altare tuum recurrentes, tibi Domino Deo viuo & vero laudes & gratias agamus. Per.

Oratio.
protector in te sperantium Deus. &c.

¶ Pro Fidelibus defunctis. Psalmus.

De profundis clamaui ad te Domine. &c.

Vers. Requie æternam dona eis Domine.

Resp. Et lux perpetua luceat eis. *Vers.* Domine exaudi orationē. *Resp.* Et cla.

Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali seu sacerdotali fecisti dignitate vigere, præsta quæsumus: vt eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

Oratio.

Fidelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cūctorum tribue peccatorum: vt indulgentiā quam semper optauerunt, piis supplicationibus consequantur. Qui viuis & regnas Deus, Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ In aduentu Domini Officium beate Mariæ virginis dicitur vt sequitur. Ad Matutinum.

SIC VT
NON PLS



Domine labia mea aperies.
Et os meū annūciabit laudē tuā.
Deus in adiutoriū meū intēde.
Domine ad adiuuandū me festi.



Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & semper:
& in secula seculorū amē. Alleluia. **Inuitat.**

Aue Maria gratia plena, Dominus tecum.
Aue Maria gratia plena, Dominus tec. **ps.**

Venite exultemus Domino, iubilemus
Deo salutari nostro: præoccupemus fa-
ciem eius in confessione, & in psalmis iubi-
lemus ei. Aue Maria gratia plena, Do. tec.

Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex
magnus super omnes deos: quoniā non re-
pellet Dominus plebem suam, quia in ma-
nu eius sunt omnes fines terræ, & altitudi-
nes montium ipse conspicit. Dominus tec.

Quoniā ipsius est mare, & ipse fecit illud,
& aridam fundauerunt manus eius, venite,
adoremus, & procidamus ante Deum, plo-
remus coram Domino qui fecit nos: quia
ipse est Dominus Deus noster, nos autē po-
pulus eius, & oues pascuæ eius. Aue Maria
gratia plena Dominus tecum.

Hodie si vocem eius audieritis, nolite ob-
durare corda vestra, sicut in exacerbatione
secundum diem tentationis in deserto, vbi
tentauerunt me patres vestri probauerunt
& viderunt opera mea. Dominus tecum.

Quadraginta annis proximus fui genera-
tioni huic, & dixi, semper hi errant corde:
ipsi vero non cognouerunt vias meas, qui-
bus iuravi in ira mea, si introibūt in requiē





meam. Aue Maria gratia plena. Domi. tec.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & semper:
& in secula seculorum amen. Dominus tec-
cum. Aue Maria gratia plena Do. te. **Hy^o**

Quem terra, Pontus, Aethera colunt, a-
dorant, prædicant, trinā regentem ma-
chinam claustrum Mariæ baiulat.
Cui Luna, Sol, & omnia deseruiunt per tē
pora: perfusa cæli gratia gestant puellæ
viscera.

Beata mater munere, cuius supernus arti-
tífex: mundum pugillo continens, ventris
sub arca clausus est.

Beata cæli nuncio, fœcunda sancto Spiri-
tu: desyderatus gentibus, cuius per aluum
fusus est.

Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgi-
ne: cum Patre, & sancto Spiritu in semp-
terna secula. Amē. **¶ Hi tres Psalmi seque-
tes dicuntur ad Matutinū die dominico, die
Lune, & die Iouis. an. Benedicta tu. ps. viij.**

Domine Dominus noster, quam admi-
rabile est nomen tuum in vniuersa
terra.

Quoniam eleuata est magnificentia tua su-
per cælos.

Ex ore infantium & lactantium perfecisti
laudem propter inimicos tuos: vt destruas
inimicum & vltorem.





Quoniam videbo caelos tuos, opera digi-
torum tuorum: lunam & stellas quae tu fundasti.

Quid est homo quod memor es eius: aut Filius
Hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti cum paulominus ab Angelis: glo-
ria & honore coronasti eum, & constitui-
sti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius: oves &
boves uniuersas, insuper & pecora campi.

Volucres caeli, & pisces maris: qui peram-
bulant semitas maris.

Domine Dominus noster: quoniam admirabile est
nomen tuum in uniuersa terra?

Gloria Patri. Sicut erat. *an.* Benedicta tu
in mulieribus, & benedictus fructus ventris
tui. *an.* Sicut myrrha. *Psalmus. xviiij.*

Caeli enarrant gloriam Dei: & opera ma-
nuum eius annunciat firmitermentum.

Dies diei eructat verbum: & nox nocti in-
dicat scientiam.

Non sunt loquelae neque sermones: quorum
non audiantur voces eorum.

In omnem terram exiit sonus eorum: &
in fines orbis terrae verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum: & ipse
tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

Exultauit ut Gigas ad currendam viam: a
summo caelo egressio eius.

Et occursum eius usque ad summum eius: nec
est qui se abscondat a calore eius.





Lex Domini immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiã præstans paruulis.

Iustitiã Domini rectã, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos,

Timor Domini sanctus permanet in seculum seculi: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa.

Desyderabilia super aurum & lapidẽ preciosum multum: & dulciora super mel & fauum.

Et enim seruus tuus custodit ea: in custodiẽdis illis retributio multa.

Deliãta quis intelligit? ab occultis meis munda me: & ab alienis parce seruo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: & emundabor a delicto maximo.

Et erunt vt complacent eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domini adiutor meus: & redẽptor meus.

Gloria Patri. **S**icut. **an.** Sicut myrrha electa odorẽ dedisti suauitatis sancta Dei genitrix. **an.** Ante thorum. **Psalmus. xxiiij.**

Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina præparauit eum.





Quis ascendet in montē Domini? aut quis
stabit in loco sancto eius?

Innocens manibus & mundo corde, qui nō
accēpit in vano animam suam : nec iuravit
in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino: &
misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum: quæ-
rentium faciem Dei Iacob.

Attollite portas principes vestras , & ele-
uamini portæ æternales : & introibit Rex
gloriæ.


Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis
& potens: Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras , & ele-
uamini portæ æternales : & introibit Rex
gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtu-
tum ipse est Rex gloriæ.

Gloria Patri. *S*icut erat. *in.* Ante thorum
huius Virginis frequentate nobis dulcia
cantica dragmatis. *Versus.* Diffusa est gra-
tia in labiis tuis. *Respon.* Propterea benedi-
xit te Deus in æternum. Pater noster. Et
nē nos. *Absolutio.* Precibus & meritis. *vt*
sequitur post. **C**Hi tres Psalmi dicuntur
die Martis. & die Veneris ad Matutinum.
ân. Specie tua. *Psalmus. xliij.*

ERuctauit cor meum verbum bonum: di-
co ego opera mea Regi.





Lingua mea calamus scribę: velociter scribentis.

Speciosus forma præ filiis hominũ: diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tuũ: potentissime.

Specie tua & pulchritudine tua: intende prospere procede & regna.

Propter veritatẽ & mansuetudinẽ & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittę tuę acutę: populi sub te cadent in corda inimicorum Regis.

Sedes tuę Deus in seculum seculi: virga directionis virga regni tui.

Dilexisti iustitiã & odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitię præ consortibus tuis.


Myrrha, & gutta, & cassia a vestimẽtis tuis, a domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filię regum in honore tuo.

Astitit Regina a dextris tuis in vestitu aurato: circumdata varietate.

Audi filia, & vide & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum, & domũ patris tui.

Et concupiscent Rex decorẽ tuũ, quoniã ipse est Dominus Deus tuus: & adorabunt eũ.

Et filię Tyri in muneribus: vultũ tuũ deprecabuntur omnes diuites plebis.





Omnis gloria eius filia Regis ab intus in
fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducentur Regi virgines post eam: pro-
ximæ eius afferentur tibi.

Afferentur in lætitia & exultatione: addu-
centur in templum Regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: consti-
tues eos principes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui Domine; in o-
mni generatione & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in æ-
ternum: & in seculum seculi.

Gloria Patri. **Sicut. an.** Specie tua, & pul-
chritudine tua: intende prospere procede,
& regna. **an.** Adiuuabit eam. **Psalmus. xlv.**

Deus noster refugium & virtus: adiu-
tor in tribulationibus que inuenerunt
nos nimis.

Propterea non timebimus dū turbabitur
terra: & transferentur mōtes in cor maris.


Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorū: con-
turbati sunt montes in fortitudine eius.


Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dci:
sanctificauit tabernaculum suū altissimus.

Deus in medio eius non commouebitur:
adiuuabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatæ sunt gentes & inclinata sunt
regna: dedit vocem suam, mota est terra.

Lominus virtutum nobiscū: susceptor no-
ster Deus Iacob.





Venite, & videte opera Domini: quæ posuit prodigia super terram.

Auferens bella vsque ad finem terræ: arcū conteret & confringet arma, & scuta comburet igni.

Vacate & videte quoniam ego sum Deus: exaltabor in gētibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscū: susceptor non ster Deus Iacob.

Gloria Patri. **S**icut *an.* Adiuuabit eā Deus vultu suo, Deus in medio eius non commovebitur *an.* Sicut lætantium. *Psal. lxxxvj.*

Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Siō super omnia tabernacula Iacob.

Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas Dei.

Memor ero Raab & Babylonis: sciētium me.

Ecce alienigenæ, & Tyrus, & popul^o Æthiopum: hi fuerunt illic.

Nunquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea: & ipse fundauit eam altissimus?

Dominus narrabit in scripturis populorum & principum: horum qui fuerunt in ea.

Sicut lætantium omnium: habitatio est in te.

Gloria Patri, & Filio: & spiritui Sancto.

Sicut erat in principio. *an.* Sicut lætantium omnium nostrum, habitatio est in te sancta Dei genitrix. **Veri.** Diffusa est gratia in labiis tuis. **Respon.** Propterea benedixit te Deus in æternum. Pater noster. Et ne nos.

Absolutio. Precibus & meritis. vt sequitur
post. **¶** Hi tres Psalmi sequentes dicuntur
die Mercurij, & die Sabbati ad Matutinū.
ān. Gaude Maria. **Psalmus. xcv.**

Cantate Domino canticum nouū: can-
tate Domino omnis terra.

Cantate Domino & benedicite nomini ei:
annunciate de die in diē salutare eius.

Annunciate inter gentes gloriam eius: in
omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus Dominus & laudabilis
nimis: terribilis est super omnes deus.

Quoniam omnes dij gentium, dæmonia:
Dominus autem cælos fecit.

Confessio & pulchritudo in cōspectu eius:
sanctimonia & magnificentia in sanctifica-
tionē eius.

Afferte Domino patriæ gentium, afferte
Domino gloriam & honorem: afferte Do-
mino gloriam nomini eius.


Tollite hostias & introite in atria eius: ado-
rate Dominum in atrio sancto eius.

Cōmouatur a facie eius vniuersa terra: di-
cite in gentibus quia Dominus regnauit.

Etenim correxit orbē terræ qui nō cōmo-
uebitur: iudicabit populos in æquitate.

Lætentur cæli & exultet terra: cōmoueat
mare, & plenitudo eius: gaudebunt campi,
& omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum a





facie Domini: quia venit, quoniã venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terræ in æquitate: & populos in veritate sua.

Gloria. *Sicut añ.* Gaude Maria virgo cunctas hæreses sola interemisti in vniuerso mundo. *añ.* Dignare me. **Psalmus. xcvi.**

Dominus regnavit, exultet terra: lætentur in sulcæ multæ.

Nubes & caligo in circumitu eius: iustitia & iudicium correctio sedis eius.

Ignis ante ipsum præcedet: & inflammabit in circumitu inimicos eius.

Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.

Montes sicut cæra fluxerunt a facie Domini: a facie Domini omnis terra.

Annunciauerunt cæli iustitiã eius: & viderunt omnes populi gloriam eius.


Cõfundatur omnes qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulachris suis.

Adorate eum omnes Angeli eius: audiuit, & lætata est Sion.

Et exultauerunt filia Iudæ: propter iudicia tua Domine.

Quoniã tu Dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum odite malum: custodit Dominus animas Sanctorum suorũ,



NON PLUS



de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est iusto: & rectis corde lætitia.

Lætamini iusti in Domino: & confitemini
memoriæ sanctificationis eius.

Gloria Patri. **Sicut. añ.** Dignare me laudare te Virgo sacrata, da mihi virtutem contra hostes tuos: **ā.** Angel⁹ Domini. **ps. xcviij**

Quante Domino canticum nouum: quia
mirabilia fecit.

Saluauit sibi dextera eius: & brachium sanctum eius.

Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ: & veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini terræ: salutare Dei nostri.


Jubilate Deo omnis terra: cantate, & exultate, & psallite.

Psallite Domino in cithara, in cithara & voce psalmi: in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.

Jubilate in conspectu Regis Domini, moueatur mare, & plenitudo eius: orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt a conspectu Domini: quoniam uenit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia: & populos in æquitate.



NON PLUS





Gloria. Sicut. **an** Angelus Domini nūcia-
uit Mariæ, & concēpit de Spiritu sancto.

Vers. Diffusa est gratia in labiis tuis. **Resp.**
Propterea benedixit te Deus in æternum.
Pater no. Et ne nos. Sed libera. **Absolutio.**

Precibus & meritis beatæ Mariæ semp
virginis, & omnium Sanctorum perdu-
cat nos Dominus ad regna cælorum. Amē.

Versus. Iube Domine benedicere. **Benedi-
ctio.** Nos cum prole pia benedicat virgo
Maria. Amen. **Lectio. i.**

Missus est Angelus Gabriel a Deo in ci-
uitatem Galilææ, cui nomen Naza-
ret, ad Virginem desponsatam viro, cui no-
men erat Ioseph, de domo David: & nomē
virginis Maria. Et ingressus Angelus, ad
eam dixit: Aue gratia plena, Dominus tec-
cum, benedicta tu in mulieribus. Tu autem
Domine miserere nostri. **Res.** Deo gratias.

Resp. Missus est Gabriel Angelus ad Ma-
riam virginem desponsatam Ioseph, nun-
cians ei verbum: & expauescit Virgo de lu-
mine, ne timeas Maria, inuenisti gratiam
apud Dominum. Ecce concipies, & paries
filium, & vocabitur Altissimi Filius. **Vers.**

Dabit ei Dominus Deus sedem David pa-
tris eius, & regnabit in domo Iacob in eter-
num. Ecce cū. **Vers.** Iube Domine benedi-
cere. **Benedictio.** Beatæ Marię intercessio,
fiat p̄ctōrū nostrorū remissio. Amē. **Lect. i.**



Que cum audisset, turbata est in sermone eius: & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus: & Filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Tu autem Domine miserere nostri. **Respõ.** Deo gratia. **Ref.** Ave Maria gratia plena Dominus tecum. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, quod enim ex te nascetur sanctum vocabitur Filius Dei. **Ver.** Quomodo fiet istud: quonia virum non cognosco? & respondens Angelus, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet. **Versus.** Iube Domine benedicere. **Benedictio.** Per Virginem matrem, concedat nobis Dominus salutem & pacem. Amen. **LECTIO. iij.**

Dixit autem Maria ad Angelum. Quomodo fiet istud: quonia virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te, sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis, sextus est illi quæ vocatur sterilis: quia non

SOLI DEO

LAVS

HONOR





erit impossibile apud Deū omne verbū. Di-
xit autē Maria: Ecce Ancilla Domini: fiat
mihi secundū verbū tuum. Tu autē Domi-
ne miserere nostri. *Ref.* Deo gra. *Ref.* Su-
scipe verbū virgo Maria, quod tibi a Do-
mino per Angelū trāsmissum est: cōcipies
Deum pariter & hominē, Vt benedicta di-
caris inter omnes mulieres. *Versus.* Paries
quidē filiū, & virginitatis nō patieris de-
trimentū: efficieris grauida, & eris mater
semper intacta. Vt benedicta. Gloria Pa-
tri, & Filio. Vt benedicta.

Cāticū sanctorū Ambrosij & Augustini.

TE Deum laudamus: te Dominum con-
fitemur.

Te æternū patrē: omnis terra veneratur.

Tibi omnes angeli: tibi cęli & vniuersę po-
testates.

Tibi Cherubin & Seraphin: incessabili vo-
ce proclamant.

Sanctus. *S*āctus. *S*āctus Dominus Deus Sa-
baoth.

Pleni sunt cęli & terra: maiestatis gloriae
tuæ.

Te gloriosus apostolorum chorus.

Te prophetarum laudabilis numerus.

Te martyrum cādidatus: laudat exercitus.

Te per orbē terrarū scā cōfitemur ecclesia.

Patrem immensę maiestatis,

Venerandū tuum verum & vnicū filium.



Sanctum quoque paracletum spiritum.
Tu rex gloriæ Christe.
Tu patris, sempiternus es filius.
Tu ad liberandum suscepturus hominem:
 non horruisti virginis uterum.
Tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credē-
 tibus regna cælorum.
Tu ad dexterā Dei sedes: in gloria patris.
Iudex crederis esse venturus.
Te ergo quæsumus famulis tuis subueni:
 quos precioso sanguine redemisti.
Ætterna fac: cum sanctis tuis in gloria nu-
 merari.
Saluum fac populum tuum Domine: & be-
 nedic hæreditati tuæ.
Et rege eos: & extolle illos vsq; in æternū.
Per singulos dies: benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in seculum: & in
 seculum seculi.
Dignare Domine die isto: sine peccato nos
 custodire.
Miserere nostri Domine: miserere nostri.
Fiat misericordia tua Domine super nos:
 quæadmodum sperauimus in te.
In te Domine speraui: non confundar in
 æternum. **¶ Ad laudes.**
Deus in adiutorium meum intēde.
Domine ad adiuuādum me festina.
Gloria Patri, & Filio, **Sicut** erat in prin.
Alleluia. **ān** Missus est. **Psalmus. xcij.**





Dominus regnauit, decorē indutus est:
indutus est Dominus fortitudinem, &
præcinxit se.

Etenim firmavit orbem terræ: qui non cō-
mouebitur.

Parata sedes tua Deus ex tūc: a seculo tū es.

Eleuauerunt flumina Domine: eleuauerūt
flumina vocem suam.

Eleuauerūt flumina fluctus suos: a vocibus
aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: mirabilis in al-
tis Dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis:
domum tuam decet sanctitudo Domine in
longitudinem dierum.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in princi. **ān.** Missus est Gabriel
Angelus ad Mariam virginē desponsatam
Ioseph. **ān.** Aue Maria. **Psalmus. xcix.**


Iubilate Deo omnis terra: seruite Domi-
no in lætitia.

Introite in conspectu eius: in exultatione.

Scitote quoniam Dominus ipse est Deus:
ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Populus eius, & oues pascuæ eius, introite
portas eius in cōfessiōe: atria eius, in hym-
nis confitemini illi.

Laudate nomen eius, quoniā suauis est Do-
minus, in æternum mīa eius: & vsq; in ge-
neratione & generationem veritas eius.





Gloria Patri **S**icut erat. **an.** Ave Maria gratia plena Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. **an.** Ne timeas Maria. **Psal. lxiij.**

Deus Deus meus: ad te de luce vigilo. **S**itiuit in te anima mea: quā multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum.

Sic memor fui tui super stratū meū, in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarū tuarū exultabo, adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæsierūt animam meam, introibūt in inferiora terræ: tradetur in manus gladij, partes vulpium erunt.

Rex vero lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurāt in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua. **Psalmus. lxxj.**

Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuā: in om-





nibus gentibus salutare tuum.

Confiteatur tibi populi Deus: confiteatur tibi populi omnes.

Letetur & exultet gētes, quoniam iudicas populos in equitate: & gētes in terra dirigis.

Confiteatur tibi populi Deus, confiteatur tibi populi oēs: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio. *an.* Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud Dominum: ecce concipies, & paries filium, alleluia. *an.* Dabit ei Dominus.

C*Canticum trium puerum. Danie. iij.*

Benedicite oīa opera Domini Domino: laudate, & superexaltate eū in secula.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite Cæli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super Cælos sunt Domino: benedicite omnes Virtutes Domini Domino.

Benedicite Sol, & Luna Domino: benedicite Stellæ cæli Domino.

Benedicite Imber, & Ros Domino: benedicite omnis Spiritus Dei Domino.

Benedicite Ignis & Aestus Domino: benedicite Frigus & Aestas Domino.

Benedicite Rores, & Pruina Domino: be-





nedicite Gelu, & Frigus Domino.
Benedicite Glacies, & Niues Domino: be-
nedicite Noctes, & Dies Domino.
Benedicite Lux, & Tenebræ Domino: be-
nedicite Fulgura, & Nubes Domino.
Benedicat Terra Dominum: laudet, & su-
perexaltet eum in secula.
Benedicite Montes, & Colles Domino: be-
nedicite vniuersa germinantia in Terra
Domino.
Benedicite Fontes Domino: benedicite
Maria, & Flumina Domino.
Benedicite Cetæ, & omnia quæ mouentur
in aquis Domino: benedicite omnes Vo-
lucres cæli Domino.
Benedicite omnes Bestiæ, & Pecora Domi-
no: benedicite Filij hominum Domino.
Benedicat Israel Dominum: laudet, & su-
perexaltet eum in secula.
Benedicite Sacerdotes Dõmini Domino:
benedicite Serui Domini Domino.
Benedicite Spiritus, & Animæ iustorum
Domino: benedicite Sãcti, & Humiles cor-
de Domino.
Benedicite Anania, Azaria, Misael Domi-
no: laudate, & superexaltate eum in secula.
Benedicamus Patrem & Filium cum san-
cto Spiritu: laudemus, & superexaltemus
eum in secula.
Benedictus es Domine in firmamẽto celi: &





laudabilis & gloriosus, & superexaltatus in secula. **an.** Dabit ei Dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in æternū.

an. Ecce ancilla.

Psalmus. cxlvij.

Laudate Dominum de cælis: laudate eū in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes Virtutes eius.

Laudate eum Sol, & Luna: laudate eum omnes Stellæ, & Lumen.

Laudate eum Cæli cælorum: & aquæ quæ super cælos sunt laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in seculum seculi: præceptum posuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra: Dracones, & omnes abyssi.

Ignis, Grādo, Nix, Glacies, Spiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius.

Montes & omnes Colles: Ligna fructifera & omnes Cedri.

Bestia, & vniuersa Pecora: Serpētes, & Volucres pennata.

Reges terræ, & omnes Populi: Principes, & omnes Iudices terræ.

Iuuenes, & Virgines, Senes cum Iunioribus laudēt nomen Domini: quia exaltatum est nomen eius solius.

Cōfessio eius super cælum & terrā: & ex-





altauit cornu populi sui.

Hymnus omnibus Sanctis eius: filiis Israel populo appropinquati sibi. **Psalmus. cxlix.**

Cantate Domino canticum nouum: laus eius in Ecclesia Sanctorum.

Lætetur Israel in eo qui fecit eum: & filia Sion exultent in Rege suo.

Laudent nomen eius in choro: in tympano & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo: & exaltauit mansuetos in salutem.

Exultabunt Sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.

Exultationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in cõpedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus Sanctis eius. **Psal. cl.**

Laudate Dominum in Sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinẽ magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis benefonantibus,





laudate eum in cymbalis iubilationis : omnis Spiritus laudet Dominum.

Gloria. *Sicut. an.* Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. **Capitulū.**

E Gredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascēdet, & requiescet sup eum spiritus Domini. Deo gra. **Hymnus.**

O Gloriosa domina, excelsa supra sydera: qui te creauit prouide, lactasti sacro vbere.

Quod Eua tristis abstulit, tu reddis almo germine: intrent vt astra flebiles, cæli fenestra facta es.

Tu regis Alti ianua, & porta lucis fulgida: vitam datam per Virginem, gentes redemptæ plaudite.


Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine: cum Patre & sancto Spiritu in sempiterna secula. Amē. **Versus.** Benedicta tu in mulieribus. **Respon.** Et benedictus fructus vētris tui. *an.* Spiritus sanctus.

Canticum Zachariæ. Luc. ij.

Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit & fecit redēptionē plebis suę. Et erexit cornu salutis nobis: in domo Dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os Sāctorum: qui a seculo sunt Prophetarum eius.

Salutē ex inimicis nostris: & de manu omnium qui oderunt.





Ad faciendam misericordiam cū patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti. **I**usiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum: daturum se nobis.

Vt sine timore de manu inimicorū nostrorum liberati: seruiamus illi.

In sanctitate & iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer propheta altissimi vocaberis: præbis enim ante faciem Domini parare vias eius.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris & in umbra mortis sedent: ad dirigēdos pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri. **Sicut. añ.** Spiritus sanctus in te descendet Maria, ne timeas, habebis in in vtero Filiū Dei, alleluia. Kyrie eleison. **C**hriste eleison. Kyrie eleison. **Verf.** Domine exaudi orationem meam. **Respō.** Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

Deus qui de beatæ Mariæ virginis vtero verbū tuum Angelo nunciante carnem suscipere voluisti, præsta supplicibus tuis: vt qui vere eam Dei genitricē credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. **P**er Christū Dominum nostrū. **A**mē.



an. Ecce Dominus veniet, & omnes Sancti eius cum eo: & erit in die illa lux magna, al lelulia **Versus.** Ecce apparebit Dominus super nubem candidam. **Respon.** Et cum eo Sanctorum milia. **Oratio.**

Conscientias nostras quaesumus Domine visitando purifica: ut veniens Iesus Christus Filius tuus Dominus noster cum omnibus Sanctis, paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecum viuit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, Per omnia secula seculorum. Amen. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Benedicamus Domino. Deo gratias. Fidelium animarum defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen.

Ad Primam.

Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio. Alleluia **Hymnus.**

Memento salutis autor, quod nostri quondam corporis: ex illibata Virgine nascendo formam sumpseris.

Maria mater gratiae, mater misericordiae: tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.

Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine: cum Patre & sancto Spiritu, in sempiterna secula. Amen. **an.** Missus est. **Psalmus. liij.**



DEus in nomine tuo saluū me fac : & in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meā: auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam: & non proposuerunt Deum ante conspectū suum.

Ecce enim Deus adiuuat me : & Dominus susceptor est animæ meæ.

Auerte mala inimicis meis : & in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi , & confitebor nomini tuo Domine: quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus.

Gloria Patri. **S**icut erat. **P**salmus. **I**xxxiiiij.

Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnē iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ.

Cōuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam a nobis.

Nunquid in æternum irasceris nobis: aut extends iram tuam a generatione in generationem.

Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs





tua lætabitur in te.

Ostende nobis Domine misericordiã tuã:
& salutare tuum da nobis.

Audiã quid loquatur in me Dominus De^{us}:
quoniã loquetur pacem in plebem suam.

Et super Sanctos suos: & in eos qui cõuer-
tuntur ad cor.

Veruntamen prope timentes eum salutare
ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia & Veritas obuiauērunt sibi:
Iustitia & Pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est: & Iustitia de cæ-
lo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: &
terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eũ ambulabit: & ponet in via
gressus suos.

Gloria Patri. *Sicut erat.* **Psalmus. cxvj.**

Laudate Dominum omnes gentes: lau-
date eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos miseri-
cordia eius: & veritas Domini manet in
æternum.

Gloria. *Sicut. in.* Missus est Gabriel Ange-
lus ad Mariã virginẽ despõsatã Ioseph. **cp.**

Ecce virgo concipiet, & pariet filiũ, &
uocabitur nomen eius Emmanuel: buty-
rum & mel comedet: vt sciat reprobare ma-
lum, & eligere bonum. **Resp.** Deo gratias.

Verf. Dignare me laudare te virgo sacrata.





Resp. Da mihi virtutem cōtra hostes tuos.
 Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie elei-
 son. **Verf.** Domine exaudi orationē meā.
Ref. Et clamor meus ad te veniat. **Oratio.**
 Deus qui de beatæ Mariæ. &c. vt sup. añ.
 Ecce Dominus veniet, & omnes Sācti eius
 cum eo: & erit in die illa lux magna, alle-
 luia. **Verf.** Ecce apparebit Dominus super
 nubē candidā. **Resp.** Et cū eo San. **Oratio.**
 Conscientias nostras quæsumus. &c. vt su.

Ad Tertiam.

Deus in adiutorium meum intende. 9
 Domine ad adiuuādum me festina. 1
 Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.
 Sicut erat. Alleluia. **Hymnus.**

Memento salutis autor, q̄ nostri. &c.
 vt sup. añ. Aue Maria. **Psalmus. cxix.**

Ad Dominum cum tribularer clamaui:
 & exaudiuit me.

Domine libera animam meam a labiis ini-
 quis: & a lingua dolosa.

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi:
 ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus
 desolatoriis.

Hei mihi quia incolatus meus prolōgatus
 est: habitauī cum habitantibus Cedar, mul-
 tum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem erā pacificus:
 cū loquebar illis impugnabant me gratis.





Gloria Patri. Sicut erat. **Psalmus. cxx.**

Leuauit oculos meos in montes: unde ueniet auxilium mihi.

Auxilium meum a Domino: qui fecit cælum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet: qui custodit Israel.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua: super manum dexteram tuam.

Per diem Sol non uret te: neque Luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum: ex hoc nunc & usque in seculum.

Gloria Patri. Sicut erat. **Psalmus. cxxj.**

Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis Hierusalem.

Hierusalem quæ ædificatur ut ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum Dauid.

Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem: & abundantia diligentibus te.





Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri: quæ sui bona tibi.

Gloria Patri. Sicut erat. *an.* Ave Maria gratia plena Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.

Capitulum.

Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini. *Resp.* Deo gratias. *Vers.* Diffusa est gratia in labiis tuis.

Resp. Propterea benedixit te Deus in æternum. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. *Vers.* Domine exaudi orationem meam. *Resp.* Et clamor meus ad te. **Oratio.**

Deus qui de beatæ Mariæ. &c. *vt supra. an.* Ecce Dominus veniet, & omnes Sancti eius cū eo: & erit in die illa lux magna, alleluia.

Vers. Ecce apparebit Dominus super nubem candidam. *Res.* Et cum eo san. **Oratio.** Conscientias nostras quæsumus. &c. *vt su.*

¶ Ad Sextam.

Deus in adiutorium meum intēde.

Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto. Sicut erat in principio. Alleluia. **Hymnus.**

Memento salutis autor, *qno. &c. vt su.* *an.* Ne timeas Maria. *psalmus. cxxij.*





AD te leuau i oculos meos : qui habitas
in cælis.

Ecce sicut oculi seruorum: in manibus do-
minorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manib⁹ dominæ suæ:
ita oculi nostri ad Dominū Deum nostrū
donec misereatur nostri.

Misere nostri Domine , miserece nostri:
quia multum repleti sumus despectione.

Quia multum repleta est anima nostra: op-
probrium abūdātibus & despectio supbis.

Gloria Patri. **S**icut erat. **Psalmus. cxxij.**

Nisi quia Dominus erat in nobis , dicat
nunc Israel: nisi quia Dominus erat in
nobis.

Cum exurgerent homines in nos: forte vi-
uos deglutissent nos.

Cum irasceretur furor eorum in nos : for-
sitan aqua, absorbuisset nos.

Torrentem pertransiuit anima nostra: for-
sitan pertransisset anima nostra aquam in-
tolerabilem.


Benedictus Dominus qui non dedit nos:
in captione dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est: de la-
queo venantium.

Laqueus cōtritū est: & nos liberati sumus.

Adiutorium nostrum in nomine Domini:
qui fecit cælum & terram.

Gloria Patri. **S**icut erat. **Psalmus. cxxij.**





Qui confidunt in Domino sicut mons
Sion: non commouebitur in æternum
qui habitat in Hierusalem.

Montes in circumitu eius, & Dominus in
circumitu populi sui: ex hoc nunc & vsque
in seculum.

Quia non relinquet Dominus virgam pec-
catorum super sortem iustorum: vt nõ ex-
tendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac Domine: bonis & rectis corde.

Declinantes autem in obligationes addu-
cet Dominus cum operantibus iniquita-
tem: pax super Israel.

Gloria, **S**icut. **an.** Ne timeas Maria, inue-
nisti gratiã apud Dominũ: ecce concipies,
& paries filium, alleluia. **Capitulum.**

Dabit ei Dominus Deus sedem David
patris eius, & regnabit in domo Iacob
in æternum, & regni eius non erit finis.

Respon Deo gratias. **Versus.** Benedicta tu
in mulieribus **R**espon. Et benedictus fru-

ctus ventris tui. **Kyrie eleison.** **C**hriste elei-
son. **Kyrie eleison.** **Versus.** Domine exau-
di orationẽ meã. **R**esp. Et clamor. **O**ratio.

Deus qui de beatã Mariã. **&c. vt supra. an.**
Ecce Dominus veniet, & omnes Sãcti eius
cũ eo: & erit in die illa lux magna, alleluia.

Vers. Ecce apparebit Dominus super nu-
bem candidã. **R**esp. Et cum eo san. **O**ratio.

Conscientias nostras quãsumus. **&c. vt su.**





Ad Nonam.

DEus in adiutorium meum intēde.
Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio : & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio. Alleluia. **Hymnus.**

Memento salutis autor, q̄ no. &c. vt su.
an. Ecce ancilla. **Psalmus. cxxv.**

IN conuertendo Dominus captiuitatem
Sion: facti sumus sicut consolati,
Tunc repletum est gaudio os nostrum : &
lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gētes : magnificauit Do
minus facere cum eis.

Magnificauit Dominus facere nobiscum:
facti sumus lætantes.

Conuertere Domine captiuitatem nostrā:
sicut torrens in austro,

Qui seminant in lachrymis : in exultatio
ne metent.

Euntes ibāt & flebāt: mittētes semina sua.
Venientes autem veniēt cum exultatione:

portantes manipulos suos.
Gloria Patri. **S**icut erat. **Psalmus. cxxvj.**

Nisi Dominus ædificauerit domum: in
vanum laborauerunt qui ædificāt eā.

Nisi Dominus custodierit ciuitatē: frustra
vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere:urgi
te postquam sederitis, qui manducatis pa
nem doloris.





Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hæreditas Domini, filij, merces fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorum.

Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non cõfundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri. **S**icut erat. **Psalmus. cxxvij.**

Beatissimi omnes qui timent Dominum: qui ambulant in viis eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua sicut vitis abundans: in lateribus donus tuæ.

Filij tui sicut nouellæ oliuarũ: in circumitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo: qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Siõ: & videas bona Hierusalẽ omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem suam per Israel.

Gloria Patri. **S**icut. **an.** Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundũ verbũ tuũ. **Capitu.**

Ecce Virgo concipiet, & pariet filiũ, & vocabitur nomẽ eius Emmanuel: butyrum & mel comedet: vt sciat reprobare malũ, & eligere bonũ. **Resp.** Deo gra. **Versus.** Post partũ Virgo inuiolata pmansisti. **Ref.**





Dei genitrix intercede pro nobis. Kyrie
eleison. Christe eleison. Kyrie eleiso. *Ver.*
Domine exaudi. *Resp.* Et clamor. *Oratio.*
Deus qui de beatæ. & c. *vt su. an.* Ecce Do-
minus veniet, & omnes Sãcti eius cum eo:
& erit in die illa lux magna, alleluia. *Verf.*
Ecce apparebit Dominus super nubẽ cãdi
dã. *Ref.* Et cũ eo Sãctorum milia. *Oratio.*
Cõscientias nostras quæsumus. & c. *vt sup.*

¶ Ad Vesperas.

Deus in adiutorium meum intēde.
Domine ad adiuuādum me festina.
Gloria Patri, & Filio. Sicut erat in prin.
Alleluia. *an.* Missus est. *Psalmus. cix.*

Dixit Dominus Domino meo: sede a
dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos: scabellum pe-
dum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex
Siõ: dominare in medio inimicorũ tuorũ.

Tecum principium in die virtutis tuæ in
splendoribus Sanctorum: ex vtero ante lu-
ciferum genui te.

Iuravit Dominus, & non pœnitebit eum:
tu es sacerdos in æternum secundum ordi-
nem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis: cõfregit in die ire
suæ reges.

Iudicabit in nationibus, implebit ruinas:
conquassabit capita in terra multorum.





De torrente in via bibet: propterea exal-
bit caput.

Gloria Patri. **S**icut erat. **ān.** Missus est Ga-
briel Angelus ad Mariā virginem despon-
satam Ioseph. **ān.** Ave Maria. **Psal. cxij.**

Laudate pueri Dominum: laudate nomē
Domini.

Sit nomen Domini benedictū: ex hoc nūc
& vsque in seculum.

A solis ortu vsq; ad occasum: laudabile no-
men Domini.

Excelsum super omnes gentes Dominus: &
super cælos gloria eius.

Quis sicut Dominus Deus noster qui in
altis habitat: & humilia respicit in cælo &
in terra.

Suscitans a terra inopem: & de stercore cri-
gens pauperem.

Vt collocet eum cū principibus: cum prin-
cipibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo: ma-
trem filiorum lætantem.

Gloria Patri. **S**icut. **ān.** Ave Maria gratia
plena, Domin⁹ tecū: benedicta tu in mulie-
ribus, alleluia. **ān.** Ne timeas Ma. **ps. cxxj.**

LA Etatus sum in his quæ dicta sunt mi-
hi: in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis
Hierusalem.

Hierusalē quæ ædificatur vt ciuitas: cuius



participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israel ad confitendū nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum Dauid.

Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem: & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri: quæ sui bona tibi.

Gloria patri. **S**icut erat. **an.** Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud Dominum, ecce concipies & paries filium, alleluia. **an.** Dabit ei Dominus. **Psalmus. cxxvj.**

Nisi Dominus ædificauerit domū: in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surge te postquam sederitis qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnū: ecce hæreditas Domini, filij, merces fructus vëtris.

Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorum.

Beatus vir qui impleuit desyderium suum

SIC VT
ROHPLS

ex ipsis: non confundetur cū loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri. **S**icut. **ān.** Dabit ei Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in æternum. **ān.** Ecce ancilla. **Psal. cxlvij.**

Lauda Hierusalem Dominū: lauda Deū tuum Sion.

Quoniam cōfortauit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo eius.

Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit cristallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit?

Emitter verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus eius, & fluent aquæ.

Qui annunciat verbum suum Iacob: iustitias & iudicia sua Israel:

Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis.

Gloria **S**icut. **Anti** Ecce ancilla Domini, fiat mihi secūdū verbum tuum. **Capitulū.**

Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascēdet: & requiescēt super eum Spiritus Domini. Deo gra. **Hymnus.**

Ave maris stella, Dei mater alma: atque semper virgo, felix cæli porta.

SIC VT
NON PLS



Sumēs illud aue, Gabrielis ore : funda nos
in pacē, mutans nomen Euæ.

Solue vincla reis, profer lumen cæcis: ma-
la nostra pelle, bona cuncta posce.

Montra te esse matrem, sumat per te pre-
ces: qui pro nobis natus tulit esse tuus.

Virgo singularis, inter omnes mitis: nos
culpīs solutos, mites fac, & castos.

Vitam præsta puram, iter para tutū: vt vi-
dentes Iesum, semper collætémur.

Sit laus Deo Patri summo, Christo decus:
Spiritu sancto, tribus honor vnus. Amen.

Verf. Diffusa est gratia in labiis tuis. **Resp.**
Propterea benedixit te Deus in æternum.

Antipho. Spiritus sanctus.

Canticum beatæ Mariæ virginis. Lu. ij.

Magnificat anima mea Dominum.

Et exultauit spiritus meus: in Deo sa-
lutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ec-
ce enim ex hoc beatam me dicent omnes
generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: &
sanctum nomen eius.

Et misericordia eius a progenie in proge-
nies: timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: dispersit
superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede: & exaltauit hu-
miles.





Esurientes impleuit bonis:& diuites dimi
sit inanes.

Suscepit Israel puerum suum: recordatus
misericordiae suae.

Sicut locutus est ad patres nostros: Abra-
ham, & semini eius in secula.

Gloria Patri. **S**icut erat **an.** Spiritus sanctus
in te descendet Maria: ne timeas, habebis
in utero filium Dei, alleluia. Kyrie eleison.

Christe eleison. Kyrie eleison. **Vers.** Domi
ne exaudi oratio **Resp.** Et clamor **Oratio.**

Deus qui de beatæ Mariæ. &c. vt supra.
an. Ecce Dominus veniet, & omnes Sancti
eius cum eo: & erit in die illa lux magna, al
leluia. **Vers.** Ecce apparebit Dominus su
per nubem candidam. **Respon.** Et cum eo

Sanctorum milia. **Oratio.**

Conscientias nostras quæsumus. &c. vt su.

Ad Completorium.

Conuerte nos Deus salutaris noster.

Et auerte iram tuam a nobis.

Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio. **Psalmus cxxviij.**

SAepe expugnauerunt me a iuuentute
mea: dicat nunc Israel.

Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea:
etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fabricauerunt pecca





tores: prolongauerunt iniquitatem suam.
Dominus iustus cōcidet ceruices peccatorum: confundantur & cōuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion.

Fiant sicut scœnum tectorum: quod priusquam euellatur exaruit.

De quo nō impleuit manum suam qui metter: & sinum suum qui manipulos colliget.

Et non dixerunt qui præteribant, benedictio Domini super vos: benediximus uobis in nomine Domini.

Gloria Patri. Sicut erat. *Psalmus. cxxxix.*

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: & ppter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio. *Psalmus. cxxx.*





Domine non est exaltatum cor meum:
neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulauī in magnis: neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam.

Sicut ablactatus est super matre sua: ita retributio in anima mea.

Speret Israel in Domino: ex hoc nunc & usque in seculum.

Gloria Patri. Sicut erat.

Hymnus.

Memento salutis autor, ꝓ nostri quōdam corporis: ex illibata Virgine nascendo formam sumpseris.

Maria mater gratiæ, mater misericordiæ: tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.

Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine: cū Patre & sancto Spiritu, in sempiterna secula. Amen.

Capitulum.

Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel: butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.

Respon. Deo gratias. *Vers.* Angelus Domini nunciauit Mariæ. *Resp.* Et concepit de Spiritu sancto. *an.* Spūs sanctus.

Canticū Simeonis.

Nunc dimittis seruū tuum Domine: secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei salutare tuum.





Quod parasti ante faciem omnium populorum.

Lumen ad reuelationem gentium : & gloriam plebis tuæ Israel.

Gloria. *Sicut. añ.* Spiritus sanctus in te descendet Maria: ne timeas habebis in utero filium Dei, alleluia. Kyrie eleison . Christe eleison. Kyrie eleison. **Vers.** Domine exaudi ora. **Resp.** Et clamor meus ad te. **Oratio.**

Deus qui de beatæ Mariæ virginis utero verbum tuum Angelo nunciante carnem suscipere voluisti, præsta supplicibus tuis: ut qui vere eam Dei genitricem credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per Christum Dominum nostrum. Amē.

añ. Ecce Dominus veniet, & omnes Sancti eius cum eo: & erit in die illa lux magna, alleluia. **Vers.** Ecce apparebit Dominus super nubem candidam. **Resp.** Et cum eo Sanctorum milia. **Oratio.** Conscientias nostras quaesumus. & c.

ut su. ¶ Et nota quod Aduentus Domini semper incipit a Dominica proximiori festo Sancti Andreae siue sit ante, siue post. Et si die Dominica dictum festum Sancti Andreae ceciderit, ibidem incipiendus est Aduentus.

¶ Officium beatæ Mariæ virginis a vigilia Natiuitatis Domini usque ad purificationem eiusdem beatæ Mariæ, dicitur ut sequitur. ¶ Ad Matutinum.





Domine labia mea aperies.
 Et os meū annūciabit laudē tuā.
Deus in adiutoriū meū intēde.
Domine ad adiuuandū me festi.
 Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.
 Sicut erat in principio, & nunc, & semper:
 & in secula seculorū amē. Alleluia. *Et nota*
q̄ si Septuagesima euenerit in hoc tempo-
re, loco de Alleluia, dicitur Laus tibi Do-
mine Rex æternæ gloriæ. Inuitatorium.
 Aue Maria gratia plena, Dominus tecum.
 Aue Maria gratia plena, Dominus tec. *ps.*
Venite exultemus Domino, iubilemus
 Deo salutari nostro: præoccupemus fa-
 ciem eius in confessione, & in psalmis iubi-
 lemus ei. Aue Maria gratia plena, Do. tec.



Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes deos: quoniã non repellet Dominus plebem suam: quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipse conspicit. Dominus tec.

Quoniã ipse est mare, & ipse fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius, venite, adoremus, & procidamus ante Deum, ploramus coram Domino qui fecit nos: quia ipse est Dominus Deus noster, nos autē populus eius, & oves pascuæ eius. Ave Maria gratia plena Dominus tecum.


Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentauerunt me patres vestri probauerunt & viderunt opera mea. Dominus tecum.

Quadragesima annis proximus fui generationi huic, & dixi, semper hi errant corde: ipsi vero non cognouerunt vias meas, quibus iuravi in ira mea, si introibūt in requiẽ meam. Ave Maria gratia plena. Domi. tec.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in secula seculorum amen. Dominus tecum. Ave Maria gratia plena Dominus tecum.

Hymnus.

Quem terra, Pontus, Aethera colunt, adorant, prædicant, trinã regentem machinam claustrum Mariæ baiulat.



NON PLUS



Cui Luna, Sol, & omnia de seruiunt per tē
pora: perfusa cæli gratia, gestant puellæ
viscera.

Beata mater munere, cuius supernus arti-
fex: mundum pugillo continens, ventris
sub arca clausus est.

Beata cæli nuncio, fœcunda sancto Spiri-
tu: desyderatus gentibus, cuius per aluum
fusus est.

Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgi-
ne: cum Patre, & sancto Spiritu, in semp-
terna secula. Amē. **¶** Hi tres Psalmi sequē-
tes dicuntur ad Matutinum die Domini-
co, die Lunæ, & die Iouis. Antipho: Benedi-
cta tu. **Psalmus. viij.**

Domine Dominus noster: quam admi-
rabile est nomen tuū in vniuersa terra.

Quoniam eleuata est magnificentia tua: su-
per cælos.


Ex ore infantium & lactantium perfecisti
laudem propter inimicos tuos: vt destruas
inimicum & vltorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digi-
torū tuorū: lunā & stellas quæ tu fundasti.

Quid est homo q̄ memor es eius: aut Filius
Hominiis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulominus ab Angelis: glo-
ria & honore coronasti eum, & constitui-
sti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues &



NON PLVS





boues vniuersas, insuper & pecora campi.
Volucres cæli, & pisces maris: qui perambulabant semitas maris.

Domine Dominus noster: quoniam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra?

Gloria Patri. *Sicut erat. an.* Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus venteris tui. *an.* Sicut myrrha. *Psalmus. xviij.*

Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annuntiat firmitermentum.

Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ neque sermones: quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.


Exultauit ut Gigas ad currendam viam: a summo cælo egressio eius.

Et occursum eius usque ad summum eius: nec est qui se abscondat a calore eius.

Lex Domini immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis.

Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præceptum domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus permanet in seculum seculi: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa.





Desyderabilia super aurum & lapidē preciosum multum: & dulciora super mel & fauum.

Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiēdis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: & ab alienis parce seruo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: & emundabor a delicto maximo.

Et erunt vt complacent eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adiutor meus: & redēptor meus.

Gloria Patri. **S**icut. **ān.** Sicut myrrha electa odorē dedisti suauitatis sancta Dei genitrix. **ān.** Ante thorum. **Psalmus. xxiiij.**

Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina præparauit eum.

Quis ascendet in montē Domini? aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens manibus & mundo corde, qui nō accēpit in vano animam suam: nec iurauit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino: & misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum: quærentium faciem Dei Iacob.



At tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis & potens: Dominus potens in prælio.

At tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

Gloria Patri. **S**icut erat. **an.** Ante thorum huius Virginis frequentate nobis dulciana cantica dragmatis. **Versus.** Diffusa est gratia in labiis tuis. **Respon.** Propterea benedixit te Deus in æternum. Pater noster. Et ne nos. **Absolutio.** Precibus & meritis. **vt sequitur post.** **¶** Hi tres Psalmi sequentes dicuntur die Martis, & die Veneris ad Matutinum. **an.** Specie tua. **Psalmus. xliiij.**

ERuētavit cor meum verbum bonū. & **vt supra. an.** Specie tua & pulchritudine tua intende prospere procede, & regna. **an.** Adiuuabit eam. **Psalmus. xlv.**

DEUS noster refugium. & **vt supra. an.** Adiuuabit eam Deus vultu suo, Deus in medio eius non commouebitur. **an.** Sicut lætantium. **Psalmus. lxxxvj.**

Fundamenta eius in montibus. & **vt supra. an.** Sicut lætantium omnium nostrū, habitatio est in te sancta Dei genitrix.

SIC VT
NON EST



Vers. Diffusa est gratia in labiis tuis. **Resp.** Propterea benedixit te deus in æternū. Pater noster. Et ne nos, **Absolutio.** Precibus & meriti, vt sequitur post. **¶** Hi tres Psalmi sequētes dicū, die Mercurij, & die Sabbati ad Matutinū, añ Gaude Maria. **Psal. xcv.**

CAntate Domino canticū nouum : cantate. & c. vt supra. añ. Gaude Maria virgo, cūctas hereses sōla interemisisti in vniuerso mundo, añ. Dignare me. **Psal. xcvj.**

Dominus regnauit, exultet. & c. vt sup. añ. Dignare me laudare te Virgo sacra, da mihi virtutem cōtra hostes tuos. añ Post partum. **Psalmus. xcvij.**

CAntate Domino canticū nouum : quia mira. & c. vt su. añ Post partū virgo inuiolata permāsisti, Dei genitrix intercede pro nobis, **Versus.** Diffusa est gratia in labiis tuis, **Resp** Propterea benedixit te De⁹ in æternum. Pater noster. Et ne. **Absolu.**

Precibus & meritis beatæ Mariæ semper virginis, & omnium Sanctorū perducatur nos Dominus ad regna cælorum. Amen. **Versus.** Iube Domine benedicere. **Benedictio.** Nos cum prole pia benedicat virgo Maria. Amen. **Lectio. j.**

In omnibus requiem quæsiui, & in hare ditate Domini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi Creator omnium : & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo:






& dixit mihi. In Iacob inhabita, & in Israel
hæreditare, & in electis meis mitte radi-
ces. Tu autē Domine miserere nostri. *Ref.*
Deo gratias. *Respon.* Sancta & immacula-
ta Virginitas, quibus te laudibus efferā ne-
scio. Quia quem cæli capere nō poterant,
tuo gremio contulisti *Ver.* Benedic̃ta tu in
mulieribus, & benedictus fruct⁹ ṽtris tui.
Quia quē. *Ver.* Iube Domine benedicere.
Benedictio. In oī tribulatione & angustia,
succurrat nobis virgo Maria. Amē. *Le&ij.*

ET sic in Sion firmata sum, & in ciuita-
te sanctificata similiter requieui, & in
Hierusalē potestas mea. Et radicaui in po-
pulo honorificato, & ī partes Dei mei he-
reditas illius: & in plenitudine Sāctorum
detentio mea. Tu autem Domine miserere
nostri. *Resp.* Deo gratias. *Respō.* Beata es
virgo Maria, quæ Dominum portasti crea-
torē mūdi. Genuisti qui te fecit, & in æter-
num permanes virgo. *Versus.* Ave Maria
gratia plena, Domin⁹ tecū. Genuisti. *Vers.*
Iube Domine benedicere. *Benedictio.* Per
Virginem matrem concedat nobis Domi-
nus salutem & pacem. Amen. *Le&io. iij.*

QVasi Cedrus exaltata sum in Libano,
& quasi Cypressus in mōte Siō. Qua-
si Palma exaltata sum in Cades, &
quasi plantatio Rosæ in Hierico. Quasi
Oliua speciosa in cāpis, & quasi Platanus





exaltata sum iuxta aquas. In plateis sicut
cinnamomū & balsamū aromatizans odo-
rem dedi, quasi Myrrha electa dedi suau-
tatem odoris. Tu autem Domine miserere
nostri. *Reipū* Deo gratias. *Respon.* Fœlix
nanque es sacra virgo Maria, & omni lau-
de dignissima, Quia ex te ortus est Sol Iu-
stitiæ Christus Deus noster. *Ver.* Ora pro
populo, interueni pro clero, intercede pro
deuoto fœmineo sexu, sentiant omnes tuū
iuuamen, quicumque celeb rant tuam sanctā
commemorationē. Quia ex te. Gloria Pa-
tri. Christus Deus noster.

Canticum Sanctorum Ambro-
sij & Augustini.

TE Deum laudamus: te Dominum con-
fitemur.

Te aternū patrē: omnis terra veneratur.
Tibi omnes angeli: tibi cœli & vniuersę po-
testates.

Tibi Cherubin & Seraphin: incessabili vo-
ce proclamant.


Sanctus. **S**āctus. **S**āctus Dominus Deus Sa-
baoth.

Pleni sunt cœli & terra: maiestatis gloriæ
tuæ.

Te gloriosus apostolorum chorus.

Te prophetarum laudabilis numerus.

Te martyrum cādīdatus: laudat exercitus.





Te per orbem terrarum sancta confitetur
ecclesia.

Patrem immensæ maiestatis.

Venerandum tuum verum: & vnicū Filiū.

Sanctum quoque paracletum spiritum.

Tu rex gloriæ Christe.

Tu patris, sempiternus es filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem:
non horruisti virginis vterum.

Tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credē-
tibus regna cælorum.

Tu ad dexterā Dei sedes: in gloria patris.

Iudex crederis esse venturus.

Te ergo quæsumus famulis tuis subueni:
quos precioso sanguine redemisti.

Æterna fac: cum sanctis tuis in gloria nu-
merari.

Saluum fac populum tuum Domine: & be-
nedic hæreditati tuæ.

Et rege eos: & extolle illos vsq; in æternū.

Per singulos dies: benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in seculum: & in
seculum seculi.

Dignare Domine die isto: sine peccato nos
custodire.

Miserere nostri Domine: miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine super nos:
quæadmodum sperauimus in te.

In te Domine speraui: non confundar in
æternum.





Ad Laudes.

Deus in adiutorium meum intēde,
Domine ad adiuuādum me festina.

Gloria Patri, & Filio. **S**icut erat in prin.
Alleluia. **ān.** O admirabile. **Psalmus. xcij.**

Dominus regnauit, decorē inditus est:
indutus est Dominus fortitudinem, &
præcinxit se.

Etenim firmavit orbem terræ: qui non cō-
mouebitur.

Parata sedes tua Deus ex tūc: a seculo tu es.
Eleuauerunt flumina Domine: eleuauerūt
flumina vocem suam.

Eleuauerūt flumina fluctus suos: a vocibus
aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: mirabilis in al-
tis Dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis:
domum tuam decet sanctitudo Domine in
longitudinem dierum.


Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nūc, & semper:
& in secula seculorum amen. **ān.** O admira-

bile commercium creator generis huma-
ni, animatum corpus sumens de virgine na-
sci dignatus est, & procedēs homo sine se-
mine, largitus est nobis suam deitatem. **ān.**

Quando natus. **Psalmus. xcix.**

Iubilate Deo omnis terra: seruite Domi-
no in lætitia.





Intrōite in conspectu eius: in exultatione.
Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Populus eius, & oves pascuæ eius, intrōite portas eius in cōfesside: atria eius, in hymnis confitemini illi.

Laudate nomen eius, quoniā suavis est Dominus, in æternum mīa eius: & vsq; in generatione & generationem veritas eius.

Gloria Patri & Filio. **S**icut erat in principi. **an.** Quando natus es ineffabiliter ex Virgine, tūc impletæ sunt scripturæ: sicut pluvia in vellus descendisti, vt saluum faceres genus humanum, te laudamus Deus noster.

an. Rubum quem viderat. **Psalmus. lxiij.**

D'Eus Deus meus: ad te de luce vigilo.
Situit in te anima mea: quā multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.


Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum.

Sic memor fui tui super stratū meū, in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus,





Benedicite Angeli Domini Domino : benedicite Cæli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super Cælos sunt Domino : benedicite omnes Virtutes Domini Domino.

Benedicite Sol, & Luna Domino: benedicite Stellæ cæli Domino.

Benedicite Imber, & Ros Domino: benedicite omnis Spiritus Dei Domino.

Benedicite Ignis & Aestus Domino: benedicite Frigus & Aestas Domino.

Benedicite Rores, & Pruina Domino: benedicite Gelu, & Frigus Domino.

Benedicite Glacies, & Niues Domino: benedicite Noctes, & Dies Domino.

Benedicite Lux, & Tenebræ Domino: benedicite Fulgura, & Nubes Domino.

Benedicat Terra Dominum: laudet, & superexaltet eum in secula.

Benedicite Montes, & Colles Domino: benedicite vniuersa germinantia in Terra Domino.

Benedicite Fontes Domino : benedicite Maria, & Flumina Domino.

Benedicite Cete, & omnia quæ mouentur in aquis Domino : benedicite omnes Volucres cæli Domino.

Benedicite omnes Bestiæ, & Pecora Domino: benedicite Filij hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum: laudet, & su-





perexaltet eum in secula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino:
benedicite Serui Domini Domino.

Benedicite Spiritus, & Animæ iustorum
Domino: benedicite Sãcti, & Humiles cor
de Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domi-
no: laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicamus Patrem & Filium cum san-
cto Spiritu: laudemus, & superexaltemus
eum in secula.

Benedictus es Domine in firmamēto cęli: &
laudabilis & gloriofus, & superexaltatus in
secula. *an.* Germinauit Radix Iesse, orta est
stella ex Iacob, Virgo peperit saluatorē, te
laudam⁹ De⁹ noster. *a.* Ecce Ma. *ps. cxlviii.*

Laudate Dominum de cęlis: laudate eū
in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli eius: laudate
cum omnes Virtutes eius.

Laudate eum Sol, & Luna: laudate eum om-
nes Stellę, & Lumen.

Laudate eum Cęli cęlorum: & aquę quę
super cęlos sunt laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse manda-
uit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in seculum seculi:
præceptum posuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra: Dracones, &
omnes abyssi.





Ignis, Grádo, Nix, Glacies, Spiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius.

Montes & omnes Colles: Ligna fructifera & omnes Cedri.

Bestiarum, & vniuersa Pecora: Serpentes, & Volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes Populi: Principes, & omnes Iudices terræ.

Iuuenes, & Virgines, Senes cum Iunioribus laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius super cælum & terram: & exaltauit cornu populi sui.

Hymnus omnibus Sanctis eius: filiis Israel populo appropinquanti sibi. *Psal. cxlix.*

Cantate Domino canticum nouum: laus eius in Ecclesia Sanctorum.

Lætetur Israel in eo qui fecit eum: & filia Sion exultent in Rege suo.

Laudent nomen eius in choro: in tympano & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo: & exaltauit mansuetos in salutem.

Exultabunt Sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.

Exultationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in cõpedibus:



SOLI DEO

LAUS

HONOR

& nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus Sanctis eius. **Psal. cl.**

Laudate Dominum in Sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinẽ magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis Spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri. **sicut erat. an.** Ecce, Maria genuit nobis saluatorem, quẽ Ioãnes videns, exclamauit dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mudi, alleluia. **Capitulũ.**

Viderunt eam filie Sion, & beatissimam prædicauerunt Reginae, & laudauerunt eam. **Respon.** Deo gratias. **Hymnus.**

Quod Eua tristis abstulit, tu reddis almo germine: intrent vt astra flebiles, cæli fenestra facta es.

Tu regis alti ianua, & porta lucis fulgida: vitam datam per virginem, gentes redemptæ plaudite.

SOLI D. D. O.

LAVS

HONOR



Gloria tibi Domine, qui natus es de virgine: cum patre & Sancto spiritu, in sempiterna secula. Amen. **Versus.** Benedicta tu in mulieribus. **Respon.** Et benedictus fructus ventris tui. **an.** Mirabile mysterium.

Canticum Zachariæ. Luc. ij.

Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitavit & fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis: in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum: qui a seculo sunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris: & de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti. Iurandum quod iuravit ad Abraham patrem nostrum: daturum se nobis.

Et sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi.

In sanctitate & iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris.


Et tu puer propheta altissimi vocaberis: præbis enim autem faciem Domini parare vias eius.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordie Dei nostri: in quibus visitavit nos oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris & in umbra

NON PLUS



mortis sedent: ad dirigēdos pedes nostros
in viam pacis.


Gloria Patri. *Sicut erat. an.* Mirabile my-
sterium declaratur hodie: innouantur natu-
ræ, Deus homo factus est: id quod fuit, per-
mansit: & quod non erat, assumpsit: nō cō-
mixtionem passus, neque diuisionē. Kyrie
eleison. Christe eleison. Kyrle eleison. **Ver-
sus.** Domine exaudi orationē meam, **Ref.**
Et clamor meus ad te veniat. **Oratio.**

Deus qui salutis æternæ beatæ Mariæ
virginitate fœcunda humano generi
præmia præstitisti, tribue quæsumus: vt ip-
sam pro nobis intercedere sentiamus, per
quam meruimus autorē vitæ suscipere Do-
minum nostrum Iesum Christū filiū tuum.
Amen.

Comemoratio de Sanctis. an.
Sancti dei omnes intercedere dignemini
pro nostra omniūque salute. **Versus.** Lætami-
mini in domino & exultate iusti. **Respō.** Et
gloriamini omnes recti corde. **Oratio.**

Protege Domine populum tuū: & apo-
stolorum tuorum Petri & Pauli & alio-
rum Apostolorum patrocínio confidētem
perpetua defensione conserua. **Oratio.**

Omnes Sancti tui quæsumus Domine
nos vbiq; adiuuent: vt dum eorū meri-
ta recolimus, patrocinia sentiamus: & pacē
tuam nostris concede temporibus: & ab ec-
clesia tua cunctam repelle nequitiam. Iter,





actus, & volūtates nostras & omniū famu-
lorum tuorum in salutis tuæ prosperitate
dispone: benefactoribus nostris sempiterna
bona retribue: & omnibus fidelibus defun-
ctis requiem æternam concede. Per domi-
num nostrum Iesum Christum. *Versus.* Do-
mine exaudi orationem meā. *Respō.* Et cla-
mor meus ad te veniat. *Versus.* Benedica-
mus Domino. *Respō.* Deo gratias. Fidelity
animæ defunctorū per misericordiam Dei
requiescant in pace. Amen.

C Ad Primam.

Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio. *Hymnus.*

Memento salutis autor, q̄ nostri. &c.
Ut supra. an O admirabile. *Psalm. liij.*

Deus in nomine tuo saluū me fac: & in
virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meā: auribus per-
cipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum
me, & fortes quæsierunt animam meam: &
non proposuerunt Deum ante conspectū
suum.

Ecce enim Deus adiuuat me: & Dominus
susceptor est animæ meæ.

Auerte mala inimicis meis: & in veritate
tua disperde illos.





Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor
nomini tuo Domine: quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti
me: & super inimicos meos despexit ocu-
lus meus.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio. *Psalmus. lxxxiiij.*

Benedixisti Domine terram tuam: auer-
tisti captiuitatem Iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operui-
sti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab
ira indignationis tuæ.

Cōuerte nos Deus salutaris noster: & auer-
te iram tuam a nobis.

Nunquid in æternum irasceris nobis: aut
extendes iram tuam a generatione in gene-
rationem?

Deus tu cōuersus uiuificabis nos: & plebs
tua lætabitur in te.

Ascende nobis Domine misericordiã tuã:
& salutare tuum da nobis.

Audiã quid loquatur in me Dominus De⁹:
quoniam loquetur pacem in plebẽ suam.

Et super Sanctos suos: & in eos qui conuer-
tuntur ad cor.

Veruntamen prope tinientes eum salutare
ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia & Veritas obuauerunt sibi:
Iustitia & Pax osculatæ sunt.





Veritas de terra orta est: & Iustitia de cælo
prospexit.

Et enim Dominus dabit benignitatem: &
terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via
gressus suos.

Gloria Patri, & Filio: & spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & semper:
& in secula seculorum amen. **Psalmus. cxvj.**

Audate Dominum omnes gentes: lau-
date eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos mise-
ricordia eius: & veritas Domini manet in
æternum.

Gloria Patri. **Sicut erat. añ.** O admirabile
commercium creator generis humani, ani-
matum corpus sumens, de Virgine nasci di-
gnatus est: & procedens homo sine semine,
largitus est nobis suam deitatem. **Capitulum.**

Quæ est ista que progreditur quasi Au-
roram confurgens, pulchra ut Luna, ele-
vata ut Sol, terribilis ut castrorum
acies ordinata? **Respon.** Deo gratias. **Veri.**
Dignare me laudare te virgo sacrata. **Ref.**
Da mihi virtutem contra hostes tuos. **Ky-**
rie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Versus. Domine exaudi orationem meam.
Ref. Et clamor meus ad te veniat. **Oratio.**
Deus qui salutis æternæ bea. & c. **ut supra.**

¶ Pro Sanctis añ. Sancti Dei omnes inter-





cedere dignemini pro nostra omniumque salute. **Versus** Lætamini in Domino & exultate iusti. **Respon.** Et gloriamini omnes recti corde. **Oratio.**

EXaudi nos Deus salutaris noster, & Apostolorum tuorū Petri, & Pauli, & aliorum Apostolorum nos tuere præsiidiis, quorū donasti fideles esse doctrinis. **oratio**

Omnes Sancti tui quæsumus. &c. vt supra.

¶ Ad Tertiam.

DEus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, & Filio. Sicut erat. Hymnus.

Memento salutis autor, q̄ nostri. **&c.**

vt supra. añ. Quādo natus. Psal. cxix.

AD Dominum cum tribularer clamaui:
& exaudiuit me.

Domine libera animam meam a labiis iniquis: & a lingua dolosa.

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatoriis.

Hei mihi quia incolatus meus prolōgatus est: habitauī cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis.

Gloria Patri. Sicut erat.

Psalmus. cxx.





Leuauit oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a Domino: qui fecit cælum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet: qui custodit Israel.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua: super manum dexteram tuam.

Per diem Sol non uret te: neque Luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum: ex hoc nunc & vsque in seculum.

Gloria Patri. **S**icut erat. **Psalmus. cxxj.**

Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis Hierusalem.

Hierusalém quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum Dauid.

Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem: & abundantia diligentibus te.





Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri: quæsiui bona tibi.

Gloria patri **S**icut **in**. Quando natus es ineffabiliter ex Virgine, tunc impletæ sunt scripturæ: sicut pluuia in vellus descendisti, vt saluû faceres genus humanum, te laudamus Deus noster.

Capitulum.

ET sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Hierusalé potestas mea.

Respon. Deo gra.

Vers. Diffusa est gratia in labiis tuis.

Resp. Propterea benedixit te Deus in æternum. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

Deus qui salutis æternæ bea. &c. vt supra.

¶ Pro Sanctis añ. Sãcti Dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumq; salute.

Versus. Lætamini in Domino, & exultate iusti.

Respon. Et gloriâmini omnes recti corde.

Oratio. Protege Domine populum. &c. vt supra.

¶ Ad Sextam.

Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri. **S**icut erat.

Hymnus.





Memento salutis autor, q̄ nostri. & c.
ut sup. an. Rubū quē viderat. ps. cxxij

AD te leuavi oculos meos: qui habitas
in cælis.

Ecce sicut oculi seruatorum: in manibus do-
minorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manib⁹ dominæ suę:
ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrū
donec misereatur nostri.

Miserere nostri Domine, miserere nostri:
quia multum repleti sumus despectione.

Quia multū repleta est aīa nostra: oppro-
brium abundantibus & despectio superbis.

Gloria Patri. **S**icut erat. *Psalmus. cxxij.*

Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat
nunc Israel: nisi quia Dominus erat in
nobis.

Cum exurgerent homines in nos: forte vi-
uos deglutissent nos.

Cum irasceretur furor eorum in nos; forsi-
tan aqua absorbuisset nos.

Torrentē pertrāsuit anima nostra: forsitā
pertransisset aīa nostra, aquā intolerabilē.

Benedictus Dominus qui nō dedit nos: in
captive dēntibus eorum.

Anima nostra sicut passer crepta est: de la-
queo venantium.

Laqueus cōtritus est: & nos liberati sumus.

Adiutorium nostrum in nomine Domini;
qui fecit cælum & terram.



Gloria Patri. *S*icut erat. **Psalms. cxxiiij.**

Qui confidunt in Domino sicut mons Sion: non commouebitur in æternum qui habitat in Hierusalem.

Montes in circumitu eius: & Dominus in circumitu populi sui: ex hoc nunc & vsque in seculum.

Quia nõ relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: vt nõ extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac Domine; bonis & rectis corde.

Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatẽ: Pax super Israel.

Gloria. *S*icut erat **an.** Rubum quem viderat Moyses incombustum, conseruatã agnouimus tuam laudabilẽ virginitatẽ, Dei Genitrix intercede pro nobis. **Capitulum.**

Et radicaui in populo honorificato: & in partes Dei mei hæreditas illius: & in plenitudine Sãctorum detectio mea. **Resp.**

Deo gra. **Vers.** Benedicta tu in mulieribus.

Resp. Et benedictus fructus ventris tui. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Versus. Domine exaudi orationẽ meã.

Resp. Et clamor meus ad te veniat. **Oratio.**

Deus qui salutis æternæ beatæ Mariæ. &c.

Pro Sanctis an. Sãcti Dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniũque salute. **Vers.** Latamini in Domino, & exul.

Resp. Et gloriamini oēs recti cor, *Oratio.*
Exaudi nos Deus salutaris. &c. *Oratio.*
Omnes Sancti tui quæsumus Domine &c.

¶ *Ad Nonam.*

DEUS in adiutorium meum intende,
Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio. *Hymnus.*

Memento salutis autor, q̄ nostri, &c. vt
supra. an. Ecce Maria. *Psalmus. cxxv.*

IN conuertendo Dominus captiuitatem
I Sion: facti sumus sicut consolati.
Tunc repletum est gaudio os nostrum: &
lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gētes: magnificauit Do
minus facere cum eis.

Magnificauit Dominus facere nobiscum:
facti sumus lætantes.

Conuertere Domine captiuitatem nostrā:
sicut torrens in austro.

Qui seminant in lachrymis: in exultatio
ne metent.

Euntes ibāt & flebāt: mittētes semina sua.
Venientes autem veniēt cum exultatione:
portantes manipulos suos.

Gloria Patri. Sicut erat. *Psalmus. cxxvj.*

Nisi Dominus ædificauerit domum: in
vanum laborauerunt qui ædificāt eā.
Nisi Dominus custodierit ciuitatē: frustra
vigilat qui custodit eam.



Vanum est vobis ante lucem surgere: surgete postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hæreditas Domini, filij, merces fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorum.

Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri. Sicut erat. *Psalmus. cxxvij.*

BEati omnes qui timent Dominum: qui ambulant in viis eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tuæ.

Filij tui sicut nouellæ oliuarû: in circumitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo: qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Siõ: & videas bona Hierusalẽ omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem super Israel.

Gloria Patri. Sicut erat. *an.* Ecce Maria genuit nobis saluatorem, quem Ioãnes videns exclamauit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, alleluia. *Capitu.*



In plateis sicut cinnamomum, & balsamum aromatizās odorē dedi, quasi myrrha electa dedi suauitatē odoris. *Resp.* Deo gra. *Vers.* Post partū virgo inuiolata permansisti. *Resp.* Dei genitrix intercede pro nobis. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. *Vers.* Domine exaudi. *Resp.* Et cla. *Oratio.* Deus qui salutis &c. vt supra.

¶ Pro Sāctis ān. Sācti Dei oēs intercedere dignemini pro nostra oīm; salute. *Vers.* Letamini in Domi. *Ref.* Et gloria. *Oratio.* Protege Domine populum &c. *Oratio.* Omnes Sācti tui quæsumus Domine &c.

¶ Ad Vesperas.

Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria Patri, & Filio **S**icut erat in principio ān. O admirabile. *Psalmus cix.* **D**ixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos: scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Siō: dominare in medio inimicorū tuorū. **T**ecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus Sanctorum: ex vtero ante luciferum genui te.

Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.





Dominus a dextris tuis: cōfregit in die irę
suę reges.

Iudicabit in nationibus, implebit ruinas:
conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: propterea exalta
bit caput.

Gloria. **S**icut. **ān.** O admirabile cōmerciū
creator generis humani, animatum corpus
sumēs, de virgine nasci dignatus est, & p-
cedēs homo sine semine, largitus est nobis
suā deitatem. **ān.** Quando natus. **Psal. cxij.**

Laudate pueri Dominum: laudate nomē
Domini.

Sit nomen Domini benedictū: ex hoc nūc
& vsque in seculum.

A solis ortu vsq; ad occasum; laudabile no-
men Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus: &
super cęlos gloria eius.

Quis sicut Dominus Deus noster qui in
altis habitat: & humilia respicit in cęlo &
in terra?

Suscitans a terra inopem: & de stercore eri-
gens pauperem.

Vt collocet eum cū principibus: cum prin-
cipibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo: ma-
trem filiorum lætantem.

Gloria Patri. **S**icut. **ān.** Quando natus es
ineffabiliter ex Virgine, tūc impletę sunt





scripturæ: sicut pluuia in vellus descendi-
sti, vt saluū faceres gen^o humanū: te lauda-
mus Deus noster. *an.* Rubū quē. *Psal. cxxj.*

LA Etatus sum in his quæ dicta sunt mi-
hi: in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis
Hierusalem.

Hierusalē quæ ædificatur vt ciuitas: cuius
participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Do-
mini: testimonium Israel ad confitendū no-
mini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes
super domum Dauid.

Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem: &
abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abūdātia in tur-
ribus tuis.

Propter fratres meos & proximos meos: lo-
quebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri: quæ-
siui bona tibi.

Gloria. *Sicut. an.* Rubū quē viderat Moy-
ses incōbustum, conseruatam agnouimus
tuā laudabilē virginitatē, Dei genitrix in-
tercede p nobis. *an.* Germinauit. *ps. cxxvj.*

Nisi Dominus ædificauerit domū: in va-
num laborauerunt qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit ciuitatem: fru-
stra vigilat qui custodit eam.



SOLI DEO

LAUS

HONOR

Vanum est vobis ante lucem surgere: surge te postquam sederitis qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnū: ecce hæreditas Domini, filij, merces fruct⁹ vētris. **S**icut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorum.

Beatus vir qui implevit desyderium suum ex ipsis: non confundetur cū loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri. **S**icut erat, **ān** Germinauit radix Iessæ orta est stella ex Iacob, Virgo peperit saluatorem: te laudamus Deus noster. **ān** Ecce Maria. **Psalmus. cxlvij.**

Lauda Hierusalem Dominū: lauda Deū tuum Sion.

Quoniam cōfortauit seras portarū tuarum: benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.


Qui emittit eloquium suum terræ: veloci ter currit sermo eius.

Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit?

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus eius, & fluent aquæ.

Qui annunciat verbum suum Iacob: iustitias & iudicia sua Israel.





Non fecit taliter omni nationi : & iudicia
sua non manifestauit eis.

Gloria Patri. **S**icut. **an** Ecce Maria genuit
nobis saluatorē, quē Ioānes videns exclamauit, dicēs: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, alleluia. **Capitulum.**

A B initio & ante secula creata sum, &
vsque ad futurum seculum non desinā:
& in habitatione sancta coram ipso ministravi. **Respon.** Deo gratias. **Hymnus.**

A Ve maris stella, Dei mater alma: atque
semper virgo, felix cæli porta.

Sumēs illud aue, Gabrielis ore : funda nos
in pace, mutans nomen Euæ.

Solue vincla reis, profer lumen cæcis: ma-
la nostra pelle, bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem, sumat per te pre-
ces: qui pro nobis natus tulit esse tuus.

Virgo singularis, inter omnes mitis : nos
culpulis solutos, mites fac, & castos.

Vitam præsta puram, iter para tutū: vt vi-
dentes Iesum, semper collætetur.

Sit laus Deo Patri summo, Christo decus:
Spiritu sancto, tribus honor vnus. Amen.

Ver. Diffusa est gratia. **Resp.** Propterea be-
nedixit te Deus. **an.** Magnum hæreditatis.

Canticum beatæ Mariæ virginis.

Magnificat anima mea Dominum.
Et exultauit spiritus meus: in Deo sa-
lutari meo.





Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ec-
ce enim ex hoc beatam me dicent omnes
generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: &
sanctum nomen eius.

Et misericordia eius a progenie in proge-
nies: timentibus cum.

Fecit potentiam in brachio suo: dispersit
superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede: & exaltauit hu-
miles.

Hurientes impleuit bonis: & diuites dimi-
sit inanes.

Suscepit Israel puerum suum, recordatus
misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros Abra-
ham, & semini eius in secula.

Gloria. Sicut. *an.* Magnū hereditatis my-
sterium, tēplum Dei factus est vterus, ne-
sciens virū: non est pollutus ex ea carnē as-
sumens: omnes gētes veniēt dicentes: Glo-
ria tibi Domine. Kyrie eleison. Christe elei-
son. Kyrie eleison. *vers.* Domine exaudi.

Resp. Et cla. **Oratio.** Deus qui salutis. & c.

vt sup. **Pro Sāctis.** *an.* Sācti Dei omnes in-
tercedere dignemini pro nostra omniūque
salute. **Ver.** Latamini in Domino, & exul-
tate iusti. **Resp.** Et gloriamini oēs. **Oratio.**

Protege Domine populum. & c. **Oratio.**

Omnes Sancti tui quæsumus. & c. *vt supra.*

¶ Ad Completorium.

Conuerte nos Deus salutaris noster.
Et auerte iram tuam a nobis.

Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio. **Psalms. cxxvii.**

SAepe expugnaverunt me a iuuentute
mea: dicat nunc Israel.

Sæpe expugnaverunt me a iuuentute mea:
etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fabricauerunt peccato-
res: prolongauerunt iniquitatem suam.

Dominus iustus cõcidet ceruices peccato-
rum: confundantur & cõuertantur retror-
sum omnes qui oderunt Sion.

Fiant sicut fœnum tectorum: quod prius-
quam euellatur exaruit.

De quo nõ impleuit manum suam qui me-
tet: & sinum suum qui manipulos colliget.

Et non dixerunt qui præteribant, benedi-
ctio Domini super vos: benediximus vobis
in nomine Domini.

Gloria Patri. Sicut erat. **Psalms. cxxix.**

DE profundis clamaui ad te Domine:
Domine. & c. vt supra. **Psalms. cxxx.**

Domine non est exaltatum cor meum:
neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulauit in magnis: neque in mira-
bilibus super me.





Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui
animam meam.

Sicut ablactatus est super matre sua: ita re-
tributio in anima mea.

Speret Israel in Domino: ex hoc nunc &
vsque in seculum.

Gloria Patri, Sicut erat. **Hymnus.**

Memento salutis autor, q̄ nostri quō-
dam corporis: ex illibata Virgine na-
scendo formam sumpseris.

Maria mater gratiæ, mater misericordiæ:
tu nos ab hoste protege, & hora mortis
suscipe.

Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgi-
ne: cū Patre & sancto Spiritu, in sempiter-
na secula. Amen **Capitulum.**

Ego mater pulchræ dilectionis, & timo-
ris, & magnitudinis, & sanctę spei. Deo
gratias. **Ver.** Ora p̄ nobis sancta Dei geni-
trix. **Resp.** Ut digni efficiamur promissio-
nibus Christi. **an.** Magnum hæreditatis.

Canticum Simeonis.

Nunc dimittis seruū tuum Domine: se-
cundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei salutare tuum.

Quod parasti ante faciem omnium popu-
lorum.

Lumen ad reuelationem gentium: & glo-
riam plebis tuę Israel.

Gloria. **S**icut. **an.** Magnū hæreditatis my-





steriū, templū Dei factus est uterus, nesciēs
virū: non est pollutus ex ea carnē assumēs:
omnes gētes veniēt, dicentes: Gloria tibi
Domīe. Kyrie eleison. Christe eleison. Ky-
rie eleison. **Ver.** Domine exaudi. **Resp.** Et
cla. **Oratio.** Deus qui salutis. &c. vt supra.

Pro Sāctis ān. Sācti Dei oēs intercede-
re dignemini p̄ nostra oīmq; salute. **Verf.**
Lætamini in Domino. **Ref.** Et glo. **Oratio**
Exaudi nos Deus salutaris. &c. **Oratio.**
Omnes Sācti tui quęsumus Domine. &c.

Canticum filiorum Euę.

Salue regina misericordię, vita, dulce-
do, & spes nostra salue. Ad te clamamus
exules filij Euę. Ad te suspiramus gemētes
& flentes in hac lachrymarū valle. Eia er-
go aduocata nostra, illos tuos misericordes
oculos ad nos cōuerte. Et Iesum benedictū
fructum vētris tui nobis post hoc exilium
ostēde. O clemens, O pia, O dulcis Maria.
Verf. Ora pro nobis sancta Dei genitrix.
Resp. Vt digni efficiamur pro. **Oratio.**

Omnipotēs sempiternę Deus, qui glo-
riosę virginis Marię corpus & animā
vt dignum filij tui habitaculum effici me-
reretur (Spiritu sancto cooperante) prepa-
rasti: da vt eius cōmemoratione lētamur,
eius pia intercessione ab instantibus malis,
& a morte perpetua atque subitanea libe-
remur, Per eundē Christum Do. **Psal. lxxj.**





Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuā: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteātur tibi populi Deus: confiteātur tibi populi omnes.

Letetur & exultet gētes, quoniā iudicas populos in equitate: & gētes in terra dirigis.

Cōfiteātur tibi populi Deus, cōfiteātur tibi populi oēs: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus: & metuat eū oēs fines terræ.

Gloria. Sicut. Ver. Domine Deus virtutū cōuerte nos. **Resp.** Et ostēde faciē tuā & saluierim⁹. **Ver.** Exurge Christe adiuua nos.

Ref. Et libera nos propter nomē tuū. **Ver.** Domine exaudi. **Resp.** Et clamor. **Oratio.**

Deus qui illuminas nos. &c. vt supra. **Oratio** Protector in te sperantium. &c. vt supra.

¶ Pro fidelibus Defunctis Psalmus. cxxix. De profundis clamaui ad te. &c. vt supra.

Ver. Requiē æternā dona eis Domine. **Ref.** Et lux perpetua luceat eis. Domine exaudi orationem meā. Et clamor meus. **Oratio.**

Deus qui inter apostolicos. &c. **Oratio.** Fidelium Deus omnium conditor. &c.

¶ Sequitur Officium sanctæ Crucis.
Ad Matutinum.



SIC VOS
NON VOBIS
MELLIFICATIS
APES.



QVOS ALII MERVERE
FERO; PATIOR QVE
LABORES.



SIC VOS
NON VOBIS
NIDIFICATIS
AVES.



SIC VOS
NON VOBIS
VELLERATIS
OVES.



SIC VOS
NON VOBIS
FERTIS ARATRA
BOVES.



Domine labia mea aperies.
Et os meum annunciabit lau.
Deus in adiutoriū meū intēde.
Domine ad adiuuandum me fe.



Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & semper:
& in seculum. **&c. añ.** Salve Crux preciosa quæ
in sanguine Christi dedicata es, & ex mem-
bris eius tanq̃ margaritis ornata. **Hymn^o.**

Patris sapiëntia veritas diuina, Deus ho-
mo captus est hora matutina, a notis di-
scipulis cito derelictus, a Iudæis traditus,
veditus & afflictus. **añ.** Adoramus te Chri-
ste, & benedicimus tibi: quia per sanctam
Crucem tuã redemisti mundum. **Vers.** Per
signum sanctæ Crucis **Respõ.** Liberet nos
de inimicis nostris Dominus Deus noster.
Domine exaudi orationem meam. Et cla-
mor meus ad te veniat.

Oratio.


Domine Iesu Christe fili Dei viui, po-
ne passionem, Crucem, & mortem
tuam inter iudicium tuum & animam meã,
nunc & in hora mortis meæ: & mihi largi
ri digneris gratiam & misericordiam, Vi-
uis & Defunctis requiem & veniam, Eccle-
siæ tuæ Pacẽ & concordia: & nobis pecca-
toribus vitam & gloria sempiternam. Qui
cũ Patre & Spiritu sancto viuis & regnas
Deus, Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Ad Primam.

Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri. **S**icut erat in principio. **añ.**
Salve Crux preciosa, quæ in sanguine Chri





sti dedicata es, & ex membris eius tāquam margaritis ornata. **Hymnus.**

Hōra Prima ductus est Iesus ad Pilatum, Ha falsis testibus multū accusatum, colaphis percutiunt, & manibus ligatum: vultū Dei conspuunt lumen cæli gratum. **Anti.** Adoramus te Christe & benedicimus tibi: quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum. **Versus.** Per signum sanctæ Crucis. **Respō.** Libere nos de inimicis nostris Dominus Deus noster. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus. **Oratio.**

Domine Iesu Christe fili Dei viui, pone passionem, Crucem, & mortem tuam inter iudicium tuum & animam meā, nunc & in hora mortis meæ: & mihi largiri digneris gratiam & misericordiam, Viuis & Defunctis requiem & veniam, Ecclesiæ tuæ pacem & concordia, & nobis peccatoribus vitam & gloriam sempiternā, Qui cum Patre & Spiritu sancto. & c.

Ad tertiam.


Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri. **S**icut erat. **Anti.** Salve Crux preciosa, quæ in sanguine Christi dedicata es, & ex membris eius tanquam margaritis ornata. **Hymnus.**

Crucifige clamitant hora Tertia, illusus induitur veste purpurea, caput eius





pungitur corona spinea, Crucē portat humeris ad locum pœnarum. *an.* Adoramus te Christe & benedicimus tibi : quia per sanctam Crucem tuam redemisti mūdum.

Verf. Per signum sanctæ Crucis. *Resp.* Liberet nos de inimicis nostris Domin⁹ De⁹ noster. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. *Oratio.*

Domine Iesu Christe fili Dei viui. &c.

¶ *Ad Sextam.*

Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria. Sicut. *an.* Salue Crux preciosa que in sanguine Christi dedicata es, & ex mēbris eius tanq̄ margaritis ornata. *Hymn⁹.*

Hora Sexta Iesus est Cruci conclauatus, & est cum latronibus pendens deputatus, præ tormentis sitiens felle saturatus, agnus crimen diluit sic ludificatus.

an. Adoramus te Christe & benedicimus tibi : quia per sanctam Crucem tuam redemisti mūdum. *Ver.* Per signum sanctæ Crucis. *Respō.* Liberet nos de inimicis nostris Domin⁹ Deus noster. Domine exaudi orationem meā. Et clamor meus. *Oratio.*

Domine Iesu Christe fili Dei viui po, &c.

¶ *Ad Nonam.*

Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria. Sicut. *an.* Salue Crux preciosa que





in sanguine Christi dedicata es, & ex mēbris eius tanq̄ margaritis ornata. **Hymn^o.**

H Ora Nona Dominus Iesus expirauit, Heli clamans, animam patri commendauit, latus eius lācea miles perforauit, terra tunc contremuit, & sol obscurauit. **ān.**

Adoramus te Christe & benedicimus tibi: quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum. **Verf.** Per signum sanctæ Crucis.

Resp. Liberet nos de inimicis nostris Dominus Deus noster. Domine exaudi ora. Et clamor meus ad te veniat. **Oratio.**

Domine Iesu Christe fili Dei uiui po. **&c.**

Ad Vesperas.

Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri. **S**icut erat. **ān.** Salue Crux preciosa quæ in sanguine Christi dedicata es, & ex membris eius tanquam margaritis ornata. **Hymnus.**

De cruce deponitur Hora Vespertina, fortitudo latuit in mēte diuina, talem mortem subiit vitæ medicina. Heu corona gloriæ, iacuit supina. **ān.** Adoram^o te Christe & benedicimus tibi: quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundū. **Verf.** Per signum sanctæ Crucis. **Respō.** Liberet nos de inimicis nostris Dominus Deus noster.

Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. **Oratio.**





Domine Iesu Christe fili Dei viui po. &c.

¶ **Ad completorium.**

Conuertere nos Deus salutaris noster.
Et auerte iram tuam a nobis.

Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat. *an.* Salue crux preciosa, quæ in sanguine Christi dedicata es, & ex mēbris eius tanquam margaritis ornata. **Hymnus.**

Hora Completorij datur sepultura, corpus Christi nobile spes vitæ futuræ, cōditur aromate, complentur scripturæ, iugis sit memoria mortis tuæ duræ. *an.* Adoramus te Christe & benedicimus tibi: quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum. **Versus.** Per signum sanctæ Crucis.

Respon. Liberet nos de inimicis nostris Dominus Deus noster. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

Domine Iesu Christe fili Dei. &c.

¶ **Commendatio.**

Has horas canonicas cum deuotione, tibi Christe recolo pia ratione: vt qui p me passus es amoris ardore, sis mihi solatiū in mortis agone. Amen.

¶ **Sequitur officium de sancto Spiritu.**
Ad Matutinum.





Omne labia mea aperies.
Et os meum annunciabit lau.
Deus in adiutoriū meū intēde.
Domine ad adiuuandum me fe.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio. **Hymnus.**

Nomen sancti Spiritus gratia sit data, de
virgo virginum fuit obumbrata,
cum per Angelum fuit salutata, ver-
bum spiritum est virgo fecundata. **an.**

**Veni sancte Spiritus reple tuorum corda
fidelium: & tui amoris in eis ignem accen-
de. Vers.** Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.
Resp. Et renouabis faciem terræ. **Oratio.**

Omnipotens sempiterne Deus, da nobis
illam sancti Spiritus gratiam, quam Di-
scipulis tuis in die sancto Pentecostes trans-
misisti. **Qui uiuis. ¶ Ad Primam.**

Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri **S**icut erat. **Hymnus.**

De virgine Maria Christus fuit natus,
crucifixus, mortuus, atque tumulatus,
resurgens Discipulis fuit demonstratus, &
ipsis cernentibus in caelis eleuatus. **an.** **Veni**
sancte Spiritus reple tuorum corda fi-
delium: & tui amoris in eis ignem accende.

Vers. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.

Resp. Et renouabis faciem terræ. **Oratio.**

Ops sempiterne &c. **¶ Ad tertiam.**


Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri **S**icut erat. **Hymnus.**

Suum sanctum Spiritum Deus delegauit,





in die Pentecostes Apostolos confortauit,
& de linguis igneis ipsos inflammauit, re-
linquere orphanos eos denegauit. **an.** Veni
sancte Spiritus reple tuorū corda fideliū:
& tui amoris in eis ignem accēde. **Versus.**
Emitte Spiritū tuum & creabuntur. **Resp.**
Et renouabis faciem terræ. **Oratio.**

Ops sempiternæ &c. **¶ Ad Sextam.**
Deus in adiutorium. Domine ad adiuuan.
Gloria Patri. Sicut erat. Hymnus.

Septiformem gratiā tunc acceptauerūt,
quare idiomata cuncta cognouerunt, ad
diuersa climata mundi recesserunt, & fidē
catholicam tunc prædicauerunt. **an.** Veni
sancte Spirit' reple tuorum corda fideliū:
& tui amoris in eis ignem accende. **Versus**
Emitte Spiritum tuū, & creabuntur. **Ref.**
Et renouabis faciem terræ. **Oratio.**

Ops sempiternæ &c. **¶ Ad Nonam.**
Deus in adiutorium. Domine ad adiuuan.
Gloria Patri. Sicut erat. Hymnus.

Spiritus paracle tus fuit appellatus, do-
nū Dei charitas fons viuificatus, Spiri-
talis vnctio, ignis inflammatus, septiformis
gratia charisma vocatus. **Anti.** Veni sancte
Spiritus reple tuorum corda fideliū: & tui
amoris in eis ignem accende. **Vers.** Emitte
Spiritus tuum & creabuntur. **Respon.** Et
renouabis faciem terræ. **Oratio.**

Ops sempiternæ &c. **¶ Ad Vesperas.**

NON PLVS

Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri. Sicut erat. *Hymnus.*

Dextrae Dei digitus virtus spiritualis,
nos defendat, eruat ab omnibus ma-
lis: vt nobis nō noceat dæmon infernalis,
sed protegat, nutriat, foueat sub alis. *Anti.*
Veni sancte Spiritus reple tuorū corda fi-
delium: & tui amoris in eis ignem accen-
de. *Verf.* Emitte spiritum tuum, & creabū-
tur. *Resp.* Et renouabis faciē terre. *Oratio*
Op̄s sempiternæ. &c. ¶ *Ad cōpletoriū.*
Conuerte nos Deus salutaris noster,
Et auerte iram tuam a nobis.

Deus in ad. Domine ad. Gloria. Sicut. *Hy*
Spiritus paracletus nos velit iuuare, gres-
sus nostros regere, & illuminare: vt cum
Deus venerit omnes iudicare, nos velit ad
dexteram suam appellare. *ān.* Veni sancte
Spiritus reple tuorum corda fidelium: &
tui amoris. *Ver.* Emitte Spiritum tuum, &
creabuntur. *Resp.* Et renouabis. *Oratio.*
Op̄s sempiternæ. &c. ¶ *Commendatio.*

Has horas canonicas cum deuotione, ti-
bi sancte Spiritus pia ratione dixi, vt
nos visites inspiratione, & viuamus iugi-
ter in cæli regione. Amen.

¶ *Sequuntur Septem Psalmi poenitentia-
les. ān.* Ne reminiscaris. *Psalmus. vj.*

NON PLUS

NON PLUS.



Domine, ne in furore tuo arguas me, neq; ī ira tua corripas me. **M**iserere mei Domine, quoniā infirmus sum: sana me Domine,



Quoniam conturbata sunt ossa mea.
Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine vsquequo?

Conuertere Domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubescant valde velociter.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in secula seculorum amen. **Psalmus. xxxj.**

Beatissimi quorum remissa sunt iniquitates: & quorum testa sunt peccata.

Fatus vir cui non imputauit Dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui: inueterauerunt ossa mea dum claniarem tota die.

Quonia die ac nocte grauata est super me





manus tua: conuersus sum in ærumna mea
dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci: & iniustitiam meam non abscondi.

Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis Sanctus: in tempore oportuno.

Veruntamen in diluuium aquarum multarum: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulatione quæ circumdedit me: exultatio mea erue me a circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo & instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus non est intellectus.

In chamo & freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Lætamini in Domino & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri. Sicut erat. *Psalmus xxxviij.*

Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.





Non est sanitas in carne mea a facie iræ
tuæ, non est pax ossibus meis a facie pecca-
torum meorum.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt
caput meum: & sicut onus graue grauata
sunt super me.

Putruerūt & corruptę sunt cicatrices meę:
a facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum, & curuatus sum vsque in
finem: tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusio-
nibus: & non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum & humiliatus sum nimis: ru-
giebam a gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne desyderium meū:
& gemitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me
virtus mea: & lumen oculorum meorū, &
ipsum non est mecum.

Amici mei & p̄ximi mei: aduersum me ap-
propinquauerunt & steterunt.


Et qui iuxta me erant de lōge steterunt: &
vim faciebant qui quærebāt animā meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt
vanitates: & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanquā surdus non audiebam:
& sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens: &
non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te Domine speraui: tu exau-





dies me Domine Deus meus.

Quia dixi, nequando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei super me magna locuti sunt.

Quonia ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annūciabo: & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autē mei viuunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris a me.

Intende in adiutorium meū: Domine Deus salutis meæ.

Gloria Patri. *Sicut erat.* **Psalms. I.**

Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Ampli⁹ laua me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatē meā ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum:





& in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatē dilexisti: incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me: & super niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiā: & exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Ne proicias me a facie tua: & Spiritū sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiā salutaris tui: & Spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.

Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiā tuam.

Domine, labia mea aperies: & os meū annūciabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium dedissem: utique holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo, spiritus cōtribulatus: cor contritū & humiliatū Deus non despicies.

Benigne fac Domine in bona volūtate tua Sion: vt ædificentur muri Hierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta: tunc imponent super





altare tuum vitulos.

Gloria Patr*S*icut erat. *Psalmus. c. j.*

Domine exaudi orationem meā: & clamor meus ad te veniat.

Non auerta s faciem tuam a me: in quacūq; die tribulor inclina ad me aurem tuam.

In quacunque die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meū: quia oblitus sum comedere panem meum.

Avoce gemitus mei: adhæsit os meum carni meæ.

Similis factus sum Pelicano solitudinis: factus sum sicut Nycticorax in domicilio.

Vigilau: & factus sum sicut Passer solitarius in tecto

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me aduersum me iurabāt.

Quia cinerem tanquã panẽ manducabam: & potum meum cum fletu miscbam.

Afacie iræ indignationis tuæ: quia eleuās allifisti me.

Dies mei sicut umbra declinauerūt: & ego sicut fœnum arui.

Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generatione & generationem.

Tu exurgens Domine, misereberis Sion:





quia tēpus miserēdi eius, quia venit tēpus.
Quoniam placuerunt seruis tuis lapides
eius: & terræ eius miserebuntur.

Et timebunt gētes nomen tuum Domine:
& omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificauit Dominus Sion: & videbi
tur in gloria sua.

Respexit in orationē humiliū: & non spre
uit precem eorum.

Scribātur hæc in generatione altera: & po
pulus qui creabitur laudabit Dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo: Do
minus de cælo in terram aspexit.

Vt audiret gemitus compeditorum: vt sol
ueret filios interemptorum.

Vt annuncient in Sion nomen Domini: &
laudem eius in Hierusalem.

In conueniēdo populos in vnum: & reges
vt seruiant Domino.

Respondit ei in via virtutis suæ: paucitatē
dierum meorum nuncia inih.

Ne reuoces me in diuidio dierum meorū:
in generatione & generationem anni tui.

Initio tu Domine terram fundasti: & ope
ra manuum tuarum sunt cæli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes: & om
nes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, & muta
būtur: tu autem idemipse es, & anni tui nō
deficient.





Filij seruatorum tuorum habitabunt: & semen eorum in seculum dirigitur.

Gloria Patri. Sicut erat. *Psalmus. cxxix.*

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in uerbo eius: sperauit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: & cõpiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria Patri. Sicut erat. *Psalmus. cxlij.*

Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in ueritate tua: exaudi me in tua iustitia.

Et non intres in iudiciu cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuus.

Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliavit in terra uitam meam.

Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: & anxius est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.





Memor fui dierum antiquorum, medita-
tus sum in omnibus operibus tuis: in factis
manuum tuarum meditabar.

Exaudi manus meas ad te: anima mea si-
cut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine: defecit spi-
ritus meus.

Non auertas faciem tuam a me: & similis
ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane misericordiã tuã:
quia in te speraui.

Notam fac mihi viam in qua ambulẽ: quia
ad te leuaui animam meam.


Eripe me de inimicis meis Domine, ad te
confugi: doce me facere uoluntatem tuam
quia deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram
rectam: propter nomen tuum Domine ui-
uificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: &
in misericordia tua disperdes omnes ini-
micos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animã meã:
quoniam ego seruus tuus sum.

Gloria Patri. **S**icut erat. **an.** Ne reminisca-
ris Domine delicta nostra, vel parentum
nostrorum, neque uindictam sumas de pec-
catis nostris: parce Domine: parce populo
tuo, quẽ redemisti precioso sanguine tuo,
ne in æternum irascaris nobis. **Litania.**



K yrie eleison. **C** hriste eleison. **K** yrie
eleison. **C** hriste audi nos. **C** hriste ex-
audi nos. **C** hriste adiuua nos.

P ater de cælis Deus, Miserere nostri.

F ili redemptor mundi Deus, Miserere no.

S piritus sancte Deus, Miserere nostri.

S ancta Trinitas vnus Deus, Miserere no.

S ancta Maria, Ora pro nobis.

S ancta Dei Genitrix, ora pro nobis.

S ancta Virgo virginum, ora pro nobis.

S ancte Michael, ora pro nobis.

S ancte Gabriel, ora pro nobis.

S ancte Raphael, ora pro nobis.

O es sancti Angeli, & Archægeli, orate p.

O mnes sancti beatorum Spirituum Or-
dines, orate pro nobis.

S ancte Ioannes Baptista, ora pro nobis.

O mnes sancti Patriarchæ, & Prophetæ,
orate pro nobis.

S ancte Petre, Ora pro nobis.

S ancte Paule, ora pro nobis.

S ancte Andrea, ora pro nobis.

S ancte Iacobe, ora pro nobis.

S ancte Ioannes, ora pro nobis.

S ancte Thoma, ora pro nobis.

S ancte Iacobe, ora pro nobis.

S ancte Philippe, ora pro nobis.

S ancte Bartholomæe, ora pro nobis.

S ancte Matthæe, ora pro nobis.

S ancte Simon, ora pro nobis.



Sancte Thaddæe, ora pro nobis.
 Sancte Mathia, ora pro nobis.
 Sancte Barnaba, ora pro nobis.
 Sancte Luca, ora pro nobis.
 Sancte Marce, ora pro nobis.
 Omnes sancti Apostoli, & Euangelistæ,
 orate pro nobis.
 Omnes sancti Discipuli Domini, orate p.
 Oēs sancti Innocentes, orate pro nobis.
 Sancte Stephane, Ora pro nobis.
 Sancte Laurenti, ora pro nobis.
 Sancte vincenti, ora pro nobis.
 Sancte Fabiane, ora pro nobis.
 Sancte Sebastiane, ora pro nobis.
 Sancte Blasi, ora pro nobis.
 Sancti Ioannes & Paule, orate pro nobis.
 Sancti Cosma & Damiane, orate pro no.
 Sancti Geruasi & Protasi, orate pro nob.
 Omnes sancti Martyres, orate pro nobis.
 Sancte Siluester, ora pro nobis.
 Sancte Gregori, ora pro nobis.
 Sancte Martine, ora pro nobis.
 Sancte Augustine, ora pro nobis.
 Sancte Ambrosi, ora pro nobis.
 Sancte Hieronyme, ora pro nobis.
 Sancte Nicolae, ora pro nobis.
 Oēs sancti Pōtiffices, & Cōfessores, orate.
 Omnes sancti Doctores, orate pro nobis.
 Sancte Benedicte, ora pro nobis.
 Sancte Francisce, ora pro nobis.






Sancte Antoni, ora pro nobis.
Sancte Dominice, ora pro nobis.
Oēs sancti Monachi, & Eremitæ, orate p.
Oēs sancti Sacerdotes, & Leuitæ, orate p.
Sancta Maria Magdalena, ora pro nobis.
Sancta Agnes, ora pro nobis.
Sancta Lucia, ora pro nobis.
Sancta Cæcilia, ora pro nobis.
Sancta Agatha, ora pro nobis.
Sancta Caterina, ora pro nobis.
Sancta Barbara, ora pro nobis.
Sancta Margareta, ora pro nobis.
Sancta Clara, ora pro nobis.
Sancta Apollonia, ora pro nobis.
Sancta Helizabet, ora pro nobis.
Cēs sanctæ Virgines, & Viduæ, orate p.
Oēs Sãcti, & Sãcte Dei, intercedite p no.
Propitius esto, parce nobis Domine.
Propitius esto, exaudi nos Domine.
Ab omni malo, libera nobis Domine.
Ab omni peccato, libera nos Domine.
Ab ira tua, libera nos Domine.
A subitanea & improuisa morte, libe. nos.
Ab insidiis Diaboli, libera nos Domine.
Ab ira & Odio, & omni mala Voluntate,
libera nos Domine.
A Spiritu fornicationis, libera nos Domi.
A Fulgure & Tempestate, libera nos Do.
A Morte perpetua, libera nos Domine.
Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ,





libera nos Domine.

Per Aduētum tuum, libera nos Domine.

Per Natiuitatem tuā, libera nos Domine.

Per Baptismum, & sanctum Ieiunium tuū,
libera nos Domine.

Per Crucem & Passionem tuam, libe. nos.

Per Mortem & Sepulturā tuā, lib. nos Do.

Per sanctam Resurrectionē tuā, li. nos Do.

Per admirabilē Ascensionē tuā, lib. nos Do.

Per Aduentum sancti Spiritus paraleti, li
bera nos Domine.

In die Iudicij, libera nos Domine.

Peccatores, te rogamus audi nos.

Vt nobis parcas, te rogamus audi nos.

Vt nobis indulgeas, te rogamus audi nos.

Vt ad veram Pœnitentiam nos perducere
digneris, te rogamus audi nos.

Vt Ecclesiam tuam sanctam regere & con
seruare digneris, te rogamus audi nos.


Vt Dominum apostolicū, & omnes eccle-
siasticos Ordines in sancta religione con-
seruare digneris, te rogamus audi nos.

Vt Regibus, & Principibus christianis pa
cem & veram concordiam donare digner-
is, te rogamus audi nos.

Vt nosmetipsos in tuo sancto seruitio cō-
fortare & conseruare digneris, te rogam⁹.

Vt cuncto populo christiano pacē & vni-
tatem largiri digneris, te rogamus. au. nos.

Vt mētes nostras ad cœlestia desyderia eri





gas, te rogamus audi nos.

Vt omnibus benefactoribus nostris semper bona retribuas, te rogamus audi nos.

Vt Animas nostras, fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias, te rogamus audi nos.

Vt fructus terræ, dare, & conseruare digneris, te rogamus audi nos.

Vt omnibus fidelibus Defunctis requiem æternam donare digneris, te rogamus au.

Vt nos exaudire digneris, te roga. au. nos.

Fili Dei, te rogamus audi nos.

Fili Dei, te rogamus audi nos.

Fili Dei, te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: misere nostri **C**hriste audi nos. **C**hriste exaudi nos **K**yrie eleison **C**hriste eleison **K**yrie eleison. Pater nost. **E**t ne nos inducas. Sed libera nos a malo. **Psalmus. lxi.**


Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.

Confundantur & reuereantur: qui quærunt animam meam.

Auertatur retrorsum & erubescant: qui uolunt mihi mala.

Auertantur statim erubescentes: qui dicunt





nihī Euge euge.

Exultent & lætentur in te omnes qui quæ-
runt te; & dicant semper, magnificetur Do-
minus, qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus & pauper sum: Deus ad-
iuua me.

Adiutor meus & liberator meus es tu: Do-
mine ne moreris.

Gloria. Sicut. Vers. Saluos fac seruos tuos.

Resp. Deus meus sperâtes in te. **Ver.** Esto
nobis Domine turris fortitudinis. **Respõ.**

A facie inimici. **Ver.** Nihil proficiat inimi-
cus in nobis. **Resp.** Et filius iniquitatis nõ

apponat nocere nobis. **Versus.** Domine nõ
secundũ peccata nostra facias nobis. **Resp.**

Neque secundum iniquitates nostras retri-
buas nobis. **Oremus** pro papa nostro. Do-

minus conseruet eum, & viuificet eum, &
beatum faciat eum in terra, & nõ tradat eũ

in animam inimicorum eius. **Oremus** pro
benefactoribus nostris. Retribuere digna-

re Domine omnibus nobis bona facienti-
bus propter nomen sanctũ tuum vitã æter-

nam, amen. **Oremus** pro fidelibus Defun-
ctis. Requie æternam dona eis Domine, &

lux perpetua luceat eis. **Ver.** Requiescãt in
pace. Amen. **Pro Fratribus nostris Absen-**

tibus. Saluos fac seruos tuos, Deus meus
sperantes in te. **Versus.** Mitte eis Domine

auxilium de sancto. **Resp.** Et de Sion tuere



eos. *Versus.* Domine exaudi orationē meā.

Ref. Et clamor meus ad te veniat. *Oratio.*

DEus cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationem nostram: vt nos & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratione tuā pietatis absoluat. *Oratio.*

EXaudi quæsumus Domine supplicium preces, & consentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem. *Oratio.*

Ineffabilem nobis Domine misericordiam tuam clementer ostende: vt simul nos & a peccatis omnibus exuas, & a pœnis quas pro his meremur eripias. *Oratio.*

DEus qui culpa offenderis, pœnitentiam placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice, & flagella tuā iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, auerte. *Oratio.*

Omnipotens sempiterne Deus miserere famuli tui Papæ nostro, & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ: vt te donante, tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat. *Oratio.*

DEus a quo sancta desyderia, recta consilia, & iusta sunt opera: da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest Pacem: vt & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tem-



SOLI DEO

LAVS

HONOR

pora sint tua protectione tranquilla. **Oratio.**

VRe igne sancti Spiritus renes nostros,
& cor nostrum Domine: vt tibi casto
corpore seruiamus, & mundo corde plac-
ceamus. **Oratio.**

Fidelium Deus omnium conditor, & re-
demptor animabus. **&c. vt su. Oratio.**

Actiones nostras quæsumus Domine
aspirando præueni, & adiuuando pro-
sequere: vt cuncta nostra oratio & opera-
tio a te semper incipiat, & per te cœpta fini-
atur. **Oratio.**

Omnipotens sempiternæ Deus, qui vi-
uorum dominaris simul & mortuorū,
omniumque misereris, quos tuos fide & o-
pere futuros esse prænoscis, te suppliciter
exoramus: vt pro quib⁹ effundere p̄ces de-
creuimus, quosque vel præsens seculū ad-
huc in carne retinet, vel futurum iam ex-
tos corpore suscepit, intercedentibus oī-
bus Sanctis tuis pietatis tuæ clementia om-
nium delictorū suorum veniā cōsequatur.
Per Dominū, **Ver.** Domine exaudi oratio-
nem meā. **Resp.** Et clamor meus. **Verf.** Be-
nedicanus Domino. **Resp.** Deo gra. **Verf.**
Fidelium animæ Defunctorum per miseri-
cordiam Dei requiescant in pace. Amen.

¶ Sequitur Officium pro Defunctis. Ad
vesperas. añ. Placebo Domino. Psal. cxiiiij.





Dilexi quoniam exaudiet Dominus: vocem orationis meae.
 Quia inclinavit aurem suam mihi: & in diebus meis inuocabo.



Circudederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.

Tribulationem & dolorem inueni: & nomen Domini inuocaui.

O Domine libera animam meam, misericors Dominus, & iustus: & Deus noster miseretur.

Custodiens paruulos Dominus: humiliatus sum, & liberauit me.

Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu.

Placebo Domino in regione uiuorum.

Requiem æternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. **an.** Placebo Domino in regione uiuorum. **an.** Hei mihi. **ps. cxix.**

Ad Dominum cum tribularer clamaui: & exaudiuit me.

Domine libera animam meam a labiis iniquis: & a lingua dolosa.

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatoriis.

Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitauit cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis.

Requiem æternam. **an.** Hei mihi quia incola-





tus me^o plógatus est. *án.* Dominus. *ps. cxx.*

Leuauit oculos meos in montes: vnde ve-
niet auxilium mihi,
Auxilium meum a Domino: qui fecit cælum
& terram.

Non det in commotionem pedem tuum: ne-
que dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet: qui
custodit Israel.

Dominus custodit te, Dominus protectio
tua: super manum dexteram tuam.

Per diem Sol non vret te: neque Luna per
noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custo-
diat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum & exi-
tum tuum: ex hoc nunc & vsque in seculum.

Requie æternam. *án.* Dominus custodit te
ab omni malo, custodiat animam tuam Do-
minus. *án.* Si iniquitates.

Psalmus. *cxxix.*
De profundis clamaui ad te. & c. vt supra.

Requiem æternam dona. *án.* Si iniquitates
obseruaueris Domine: Domine quis susti-
nebit? *án.* Opera manuú. *Psalms. cxxxvij.*

Consitebor tibi Domine in toto corde
meo: quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu Angelorum psallam tibi: ado-
rabo ad templum sanctum tuum, & confi-
tebor nomini tuo.

Super misericordia tua & veritate tua:





quoniam magnificasti super omne nomen
sanctum tuum.

In quacūque die inuocauero te, exaudi me:
multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi Domine oēs reges ter-
ræ: quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in viis Domini; quoniam ma-
gna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus & humilia
respicit: & alta a longe cognoscit.

Si ambulauero in medio tribulationis uiui-
ficabis me: & super iram inimicorū meorū
extendisti manum tuam, & saluum me fecit
dextera tua.

Dominus retribuet pro me, Domine mise-
ricordia tua in seculum: opera manū tuarū
ne despicias.

Requiē æternā. *ān.* Opera manuum tuarū
Domine ne despicias. *Verf.* Audiui vocem
de cælo dicentem mihi, *Resp.* Beati mor-
tui qui in Domino moriuntur. *ān.* Omne.

Canticum beatæ Mariæ virginis.

Magnificat anima mea Dominum.

Et exultauit spiritus meus: in Deo sa-
lutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ec-
ce enim ex hoc beatam me dicent omnes
generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: &
sanctum nomen eius.





Et misericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles.

Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum: recordatus misericordiae suae.

Sicut locutus est ad patres nostros: Abraham, & semini eius in secula.

Requiem æter. **an.** Omne quod dat mihi pater ad me veniet, & eum qui venit ad me, non eiciam foras. **Deinde dicitur** Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos. **Psal. cxlv.**

Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea: psallam Deo meo quandiu fuero.

Nolite confidere in principibus: in filiis hominum, in quibus non est salus.

Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius qui fecit caelum & terram: mare & omnia quae in eis sunt.

Qui custodit veritatem in seculum, facit iudicium iniuriis patientibus: dat escam esurientibus.





Dominus soluit compeditos: Dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit elisos: Dominus diligit iustos.

Dominus custodit aduenas, pupillum & viduam suscipit: & vias peccatorum disperdet.

Regnabit Dominus in secula Deus tuus Sion, in generatione & generationem.

Requie æternã. Vers. Requiescant in pace.

Amẽ. Vers. Domine exaudi orationem meam.

Ref. Et clamor meus ad te veniat. **Oratio.**

Deus qui inter apostolicos Sacerdotes famulos tuos pontificali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere, præsta quæsumus: vt eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. **Oratio.**

Deus veniæ largitor, & humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam: vt nostræ congregationis Fratres, Sorores, Propinquos, & Benefactores nostros, qui ex hoc seculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus Sanctis, ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas. **Oratio.**

Fideliu Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cum tuorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt, piis supplicationibus consequantur. Qui viuis & regnas cum Deo Pa-





tre in vnitate Spiritus sancti Deus, Per oīa
secula seculorū. Amen. *Verf.* Requiē æter-
nā dona eis Domine. *Resp.* Et lux ppetua
luceat eis. *Ver.* Requiescant in pace. Amē.

¶ Ad Matutinum inuitatoriū. Regem cui
omnia viuunt. Venite adoremus. *Psalmus.*

Venite exultemus Domino, iubilemus
Deo salutari nostro: præoccupemus fa-
ciem eius in confessione, & in psalmis iubi-
lemus ei. Regem cui omnia viuunt, Veni-
te adoremus.

Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex
magnus super omnes deos: quoniā non re-
pelleat Dominus plebem suam: quia in ma-
nu eius sunt omnes fines terræ, & altitudi-
nes mōtium ipse conspicit. Venite adore.

Quoniā ipsius est mare, & ipse fecit illud,
& aridam fundauerunt manus eius, venite,
adoremus, & procidamus ante Deum, plo-
remus coram Domino qui fecit nos: quia
ipse est Dominus Deus noster, nos autē po-
pulus eius, & oues pascuæ eius. Regem cui
omnia viuunt. Venite adoremus.

Hodie si vocem eius audieritis, nolite ob-
durare corda vestra, sicut in exacerbatione
secundum diem tentationis in deserto, vbi
tentauerunt me patres vestri probauerunt
& viderunt opera mea. Venite adoremus.

Quadraginta annis proximus fui genera-
tioni huic, & dixi, semper hi errant corde:





ipſi vero non cognouerunt vias meas, quibus iuravi in ira mea, ſi introibūt in requiē meam. Regem cui omnia viuunt. Ve. ado. **R**equiem æternā dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. Regem cui oīa viuūt, Venite adoremus. **¶** **Et nota q̄ prædictus**

Psalmus cum ſuo Inuitatorio, non dicitur niſi in feſto Commemorationis Defunctorum, & in obitu Fratrum & Sororum. In aliis vero diebus, dicitur vt ſequitur. ¶ In primo Nocturno añ. Dirige. Psalmus. v.

Verba meā auribus percipe Domine: intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meæ: Rex meus & Deus meus.

Quoniam ad te orabo Domine: mane exaudies vocem meam.

Mane aſtabo tibi & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos.

Odiſti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Virum ſanguinum & dololum abominabitur Dominus: ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam: adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iuſtitia tua p̄pter inimicos meos: dirige ĩ cōſpectu tuo viā meā.





Quoniam non est in ore eorū veritas: cor eorum vanum est.

Sepulchrum patēs est guttur eorū, linguis suis dolose agebant: iudica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te Domine.

Et latentur omnes qui sperant in te, in æternum exultabunt: & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniã tu benedices iusto.

Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

Requiē *ān.* Dirige Domine Deus meus in cōspectū tuo viã meã *ān.* Cōuertere. *ps. vj.*

Domine, ne in furore tuo arguas. *&c.*

Miserere mei Domine *&c. vt supra.*

Requiē æter. *ān.* Conuertere Domine, & eripe animã meã: quoniã non est in morte qui memor sit tui *ān.* Nequando. *Psal. lxij.*

Domine Deus meus in te speraui: saluū me fac ex omnibus persequētibus me, & libera me.

Nequando rapiat vt leo animã meã: dum non est qui redimat, neq; qui saluū faciat.

Domine Deus meus, si feci istud: si est iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala: decida merito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animã meã, & com-





prehendat & cõculcet in terra vitã meam:
& gloriam meam in puluerem deducat.

Exurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti: & synagoga populorũ circundabit te.

Et propter hanc in altum regredere: Dominus iudicat populos.

Iudica me Domine secũdũ iustitiã meã: & secundum innocentiam meam super me.

Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustũ: scrutans corda & renes Deus.

Iustum adiutorium meũ a Domino: qui saluos facit rectos corde.

Deus iudex iustus, fortis & patiens: nunquid irascitur per singulos dies?

Nisi conuersi fueritis, gladium suũ vibrauit: arcum suũ tetendit, & parauit illum.

Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturit iniustitiam: concepit dolorem & peperit iniquitatem.

Lacum aperuit & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit.

Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticẽ ipsius iniquitas eius descendet.

Confitebor Domino secundum iustitiam eius: & psallam nomini Domini altissimi.

Requie æternam. *an.* Nequando rapiat vt





leo animam meá, dum non est qui redimat
neque qui saluum faciat. **Ver.** A porta infe-
ri **Resp.** Erue Domine animas eorum, Pa-
ter no. Et ne nos. Sed libera. **Le&io. j.**

P Arce mihi Domine: nihil enim sunt
dies mei. Quid est homo quia magnifi-
cas eū? aut quid apponis erga eū cor tuū?
Visitas eū diluculo: & subito probas illum.
Vsquequo nō parcis mihi: nec dimittis me
vt glutinā saluā meā? Peccaui. Quid faciam
tibi o custos hominū? Quare posuisti me
contrariū tibi: & factus sum mihi met ipsi
grauis? Cur nō tollis peccatū meū: & qua-
re non auferis iniquitatem meā? Ecce nunc
in puluere dormio: & si mane me quæse-
ris, non subsistam. **Resp.** Credo quod redē
ptor meus uiuit: & in nouissimo die de ter-
ra surrecturus sum. Et in carne mea uidebo
Deum saluatorē meum. **Verf.** Quē uisurus
sum ego ipse & nō alius: & oculi mei cōspe-
cturi sunt. Et in carne mea uide. **Le&io ij.**

T A Edet animā meam uitæ meæ: dimit-
tā aduersum me cloquiū meū. Loquar
in amaritudine animæ meæ, dicā Deo: noli
me condēnare. Indica mihi, cur me ita iu-
dices? Nunquid bonū tibi uidetur, si calū-
nieris, & opprimas me opus manuum tua-
rū: & cōsiliū impiorū adiuues? Nunquid
oculi carnei tibi sunt: aut sicut uidet ho-
mo: & tu uidebis? Nūquid sicut dies homi-



nis, dies tui: & anni tui sicut humana sunt tēpora? Vt queras iniquitatē meā: & peccatum meū scuteris? Et scias quia nihil impiū fecerim: cum sit nemo qui de manu tua pos sit eruere. **Resp.** Qui Lazarū resuscitasti a monumento foetidum, Tu eis Domine dona requiē, in locum indulgētiæ. **Vers.** Qui venturus es iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Tu eis. **Le&io. iij.**

MAnus tuę Domine fecerūt me, & plas mauerunt me totum in circumitu: & sic repente præcipitas me. Memento quæso, q̄ sicut lutū feceris me: & in puluerē reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me: & sicut caseum me coagulasti? Pelle, & carnib⁹ vestisti me: ossibus & neruis cōpegisti me. Vitam, & misericordiā tribuisti mihi: & visitatio tua custodiuit spiritum meū. **Resp.** Domine quādo veneris iudicare terrā, vbi me abscondam a vultu irę tuę? Quia peccau nimis in vita mea. **Vers.** Cōmissa mea pavesco, & ante te erubescō: dum veneris iudicare, noli me condēnare. Quia peccau.

In. ij. nocturno. añ. In loco. **Plal. xxij.**

DOminus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuę ibi me collocauit.

Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.

Deduxit me super semitas iustitię: propter nomen suum.





Ná & si ambulauero in medio umbræ mortis non timebo mala: quoniã tu mecum es.

Virga tua & baculus tuus: ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quam præclarus est?

Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vitæ meæ.

Et vt inhabitem in domo Domini: in longitudinem dierum.

Requiẽ æternã *an.* In loco pascuæ, ibi me collocauit *an.* Delicta. *Psalmus. xxiiiij.*

Ad te Domine leuavi animã meã: Deus meus in te confido non erubescam.

Neq; irrideãt me inimici mei: etenim vnuerſi qui ſuſtinent te non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes: ſuperuacue.

Vias tuas Domine demõstra mihi: & ſemitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus Saluator meus, & te ſuſtinuei tota die.

Reminiscere miſerationũ tuarũ Domine: & miſericordiarũ tuarũ quæ a ſeculo ſunt.

Delicta iuuetutis meæ, & ignorãtias meas: ne menineris.

Secundum miſericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuã Domine.





Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuetos in iudicio: docebit mitres vias suas.

Vniuersæ vię Domini mĩa & veritas requirētibus testamētū eius: & testimonia eius.

Propter nomen tuū Domine propitiaberis peccato meo: multum est enim.

Quis est homo qui timet Dominū? legem statuit ei in via quam elegit.

Anima eius in bonis demorabitur: & semē eius hæreditabit terram.

Firmamētū est Dominus timētibus eū: & testamentum ipsius vt manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.

Respice in me & miserere mei: quia vnicus & pauper sum ego.

Tribulatiōes cordis mei multiplicatę sunt: de necessitatibus meis erue me.

Vide humilitatē meam & laborem meum: & dimitte vniuersa delicta mea.

Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt: & odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meā & erue me: non erubescam, quoniam speraui in te.

Innocentes & recti adhæserunt mihi: quia sustinui te.

Libera Deus Israel, ex omnib⁹ tribulationibus suis.





Requie æterná dona. *an.* Delicta iuuentu-
tis meæ, & ignorantias meas ne memineris
Domine. *an.* Credo videre. *Psalmus. xxvj.*

Dominus illuminatio mea, & sal^o mea:
quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ: a quo tre-
pidabo?

Dum appropiant super me nocentes: vt e-
dant carnes meas.

Qui tribulât me inimici mei: ipsi infirma-
ti sunt & ceciderunt.

Si consistant aduersum me castra: non time-
bit cor meum.

Si exurgat aduersum me prælium: in hoc
ego sperabo.

Vnam petija Domino, hanc requiram: vt
inhabitẽ in domo Domini omnibus die-
bus vitæ meæ.


Vt videam voluntatem Domini: & visitẽ
templum eius.

Quoniam abscondit me in tabernaculo
suo: in die malorum protexit me in abscon-
dito tabernaculi sui.

In petra exaltauit me, & nunc exaltauit ca-
put meum: super inimicos meos.

Circumiui & immolauĩ in tabernaculo ei^o
hostiam vociferationis. cantabo & psalmũ
dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam qua clama-
ui ad te: miserere mei & exaudi me.



NON PLUS





Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies
mea: faciem tuam Domine requiram.

Ne auertas faciem tuam a me: ne declines
in ira a seruo tuo.

Adiutor meus esto, ne derelinquas me: ne-
que despicias me Deus salutaris meus.

Quonia pater meus & mater mea dereli-
querunt me: Dominus autē assumpsit me.

Legē pone mihi Domine in via tua: & diri-
ge me in semita recta, ppter inimicos meos.


Ne tradideris me in animas tribulatiū me:
quoniam insurrexerūt in me testes iniqui,
& mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona domini in terraviuentiū.

Expecta Dominū, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.

Requiē. *an.* Credo videre bona Domini in
terra viuentiū. *Ver.* Collocet eos cū prin-
cipibus. *Ref.* Cū principib⁹ populi sui. Pa-
ter noster. Et ne nos. Sed libera. *Le& iij.*

Responde mihi: quātas habeo iniquita-
tes, & peccata: scelera mea, atque deli-
cta ostende mihi. Cur faciē tuā abscondis:
& arbitraris me inimicū tuum? Contra fo-
liū, quod vento rapitur, ostendis potentiā
tuam: & stipulā siccā persequeris. Scribis
enim contra me amaritudines, & consume
me vis peccatis adolescentiæ meæ. Po-
suisi in neruo pedē meū, & obseruasti oēs
semitas meas, & vestigia pedum meorū cō-



NON PLUS





siderasti. Qui quasi putredo consumēdus sum: & quasi vestimentū, quod comeditur a tinea. **Resp.** Memēto mei Deus quia ventus est vita mea. Nec aspiciat me visus hominis. **Vers.** De pfundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocē meam. Nec aspiciat me visus hominis. **Le&io. v.**

Homo natus de muliere, breuī viuens tēpore, repletur multismiseriis. Qui quasi flos egreditur, & cōteritur, & fugit velut umbra: & nunquā in eodem statu permanet. Et dignū ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos: & adducere eū tecū in iudicium? Quis potest facere mundū de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Breues dies hominis sunt: numerus mensū eius apud te est. Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Recede ergo paululū ab eo: vt quiescat, donec optata veniat: & sicut mercēnarij dies eius. **Resp.** Hei mihi Domine, quia peccavi nimis in vita mea: quid faciā miser, quo fugiā, nisi ad te Deus meus? Miserere mei dū veneris in nouissimo die. **Vers.** Anima mea turbata est valde: sed tu Domine succurre ei. Miserere mei. **Le&io. vj.**

Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me & abscondas me, donec pertranseat furor tuus: & cōstituas mihi tēpus in quo recorderis mei? Putasne





mortuus homo rursus uiuat? Cunctis die-
bus, quibus nunc milito exspecto, donec ve-
niat immutatio mea. Vocabis me, & ego re-
spondebo tibi. Operi manuum tuarum por-
riges dexteram. Tu quidem gressus meos
dinumerasti: sed parce peccatis meis. **Res.**
Ne recorderis peccata mea Domine, Dum
ueneris iudicare seculum per ignem. **Verf.**
Dirige Domine Deus meus in conspectu
tuo uiam meam. Dum ueneris. **In. iij. no.**
urno. an. Complaceat. **Psalms. xxxix.**

Expectans expectaui Dominum: & in-
tendit mihi.

Et exaudiuit preces meas: & eduxit me de
lacu miserie & de luto fecis.

Et statuit supra petram pedes meos: & di-
rexit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum nouum:
carmen Deo nostro.

Videbunt multi & timebunt: & sperabunt
in Domino.

Beat' vir cui' est nomē Domini spes ei': &
nō respexit in vanitates & insanias falsas.

Multa fecisti tu Domine Deus meus mira-
bilia tua: & cogitationibus tuis non est qui
similis sit tibi.

Annunciaui & locutus sum: multiplicati
sunt super numerum.

Sacrificium & oblationem noluisti: aures
autem perfecisti mihi.





Holocaustum & pro peccato non postula-
sti: tunc dixi, ecce venio.

In capite libri scriptum est de me, vt face-
rem voluntatem tuam Deus meus, volui: &
legem tuam in medio cordis mei.

Annunciaui iustitiam tuam in Ecclesia ma-
gna: ecce labia mea non prohibebo Domi-
ne, tu scisti.

Iustitiam tuam non abscondi in corde meo:
veritatem tuam & salutare tuum dixi,

Non abscondi misericordiam tuam & ve-
ritatem tuam: a consilio multo.

Tu autem Domine ne longe facias misera-
tiones tuas a me: misericordia tua & veri-
tas tua semper susceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum
non est numerus: comprehenderunt me ini-
quitates meae, & non potui vt viderem.

Multiplicatae sunt super capillos capitis
mei: & cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi Domine vt eruas me: Do-
mine ad adiuuandum me respice.

Confundantur & reuerentur simul qui
quaerunt animam meam: vt auferant eam.

Conuertantur retrorsum & reuerentur:
qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam: qui di-
cunt mihi, Euge euge.

Exultent & laetentur super te omnes quaerentes te: & dicant semper, magnificetur





Dominus: qui diligunt salutare tuum.
Ego autem mendicus sum & pauper: Dominus sollicitus est mei.

Adiutor meus, & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris.

Requie æternã. *an.* Cõplaceat tibi Domine, vt eripias me: Domine ad adiuuandum me respice. *an.* Sana Domine. **Psalmus. xl.**

Beatus qui intelligit super egenũ & pauperẽ: in die mala liberabit eũ Dominus.

Dominus conseruet eum & viuificet eũ, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.

Dominus opem ferat illi super lectũ doloris eius: vniuersum stratũ eiũ versasti in infirmitate eius.

Ego dixi, Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur & peribit nomen eius?

Et si ingrediebatur vt videret: vana loq̃batur cor eius, congregauit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras: & loquebatur, in idipsum.

Auersum me susurrabant oēs inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.

Verbũ iniquũ constituerunt aduersum me: nõquid qui dormit nõ adiciet vt resurgat?

Etenim homo pacis meæ in quo speraui: qui edebat panes meos, magnificauit super





me supplantationem.

Tu autem Domine miserere mei & resuscita me: & retribuam eis.

In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmaisti me in conspectu tuo in aeternum.

Benedictus Dominus Deus Israel a seculo & in seculum: fiat fiat.

Requiem aeter. *an.* Sana Domine animam meam: quia peccavi tibi. *an.* Sitiuit. **Psalmus. xli.**

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitiuit anima mea ad Deum fontem vivum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei.

Fuerunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus?

Haec recordatus sum, & effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei.

In voce exultationis & confessionis: sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea: & quare conturbas me?

Spera in Deo: quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei & Deus meus.

Ad me ipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra Iordanis &





Hermoniim, a monte modico.

Abyssus abyssum inuocat: in voce cataratarum tuarum.

Omnia excelsa tua & fluctus tui: super me transferunt.

In die mandauit Dominus misericordiam suam: & nocte canticum eius.

A pud me oratio Deo vitæ meæ: dicā Deo susceptor meus es.

Quare oblitus es mei? & quare cōtristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea: exprobrauerunt mihi qui tribulant me, inimici mei:


Dum dicunt mihi per singulos dies: ubi est Deus tuus?

Quare tristis es anima mea: & quare conturbas me?

Spera in Deo: quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus.

Requiem æternā *ān.* Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniā & ap parebo ante faciem Domini. **Ver.** Ne tradas bestiis animas cōfitētes tibi. **Respō.** Et animas pauperū tuorū ne obliuiscaris in finem. Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos. **Lectio. vij.**

Spiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & solum mihi superest sepulchrum. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Domine,





& pone me iuxta te: & cuiusuis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt: cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem: & rursus post tenebras spero lucem. Si susti-
nuero, infernus domus mea est: & in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi, pater meus es, mater mea, & soror mea ver-
mibus. Vbi est ergo nunc praestolatio mea & patientia mea? Tu es Domine Deus meus?

Respon. Peccantem me quotidie, & non me poenitentem timor mortis conturbat me. Quia in inferno nulla est redemptio, miserere mei Deus, & salva me. **Verf.** Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua, libera me. Quia in inferno. **LECTIO. viij.**


Pelli meae consumptis carnibus adhaesit os meum: & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Misere-
nuni mei, misere-
nuni mei, saltem vos amici mei: quia manus Domini tetigit me. Quare perse-
quimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat ut scriban-
tur sermones mei? Quis mihi det ut exare-
tur in libro stillo ferreo, & plumbi lamina, vel celte sculpantur in filice? Scio enim quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rursus circu-
dabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum saluatorẽ meum. Quẽ visurus sum





egoipse: & oculi mei conspēcturi sunt, & non alius. Reposita est hęc spes mea in sinu meo. **Respō.** Domine secundū actū meū noli me iudicare, nihil dignū in conspēctu tuo egi: ideo deprecor maiestatem tuā, Vt tu Deus deleas iniquitatē meā. **Versus** Amplius laua me Domine ab iniustitia mea: & a delicto meo munda me. Vt tu. **Lectio. ix.**

Quare de vulua eduxisti me? qui vtinā consumptus essem, ne oculus me videret. Fuissem, quasi nō essem de vtero translatus ad tumulū. Nunquid non paucitas dierum meorū finietur breui? Dimitte me ergo, vt plangam paululū dolorem meum, anteq̄ vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertā mortis caligine. Terrā miseræ, & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempitern⁹ horror inhabitat. **Respon.** Libera me Domine de viis inferni, qui portas æreas confragisti, & visitasti infernum, & dedisti eis lumen, vt viderent te. Qui erant in pœnis tenebrarum. **Vers** Clamantes & dicentes, aduenisti Redēptor noster. Qui erant. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. Qui erāt. **¶ Et dicitur semper in festo Trium Lectionū, & seriali officio. Sequens resp. non dicitur nisi in secundo die post festum Omnium Sanctorum, & in obitu Fratrum & Sororum. Resp.**





Libera me Domine de morte æterna, in die
illa tremenda, Quãdo cæli mouēdi sunt &
terra, Dum veneris iudicare seculū p ignē.

Ver. Tremens factus sum ego, & timeo dū
discussio venerit, atq; ventura ira. Quãdo
cæl i. **Verf.** Dies illa, dies iræ, calamitatis &
miseriæ, dies magna, & amara valde. Dum
veneris. **Ver.** Requie æternã dona eis Do-
mine: & lux perpetua luceat eis. **repetatur**
a capite Libera. vsque ad Tremens factus.

Ad Laudes. añ. Exultabunt. **Psal. l.**

Miserere mei Deus secundū. & c. vt supra.

Requie. añ. Exultabunt Domino ossa hu-
miliata añ. Exaudi Domine. **Psal. lxxiii**

TE decet hymnus Deus in Sion: & tibi
reddetur votum in Hierusalem.

Exaudi orationem meam: ad te omnis caro
veniet.

Verba iniquorum præualuerūt super nos:
& impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus quem elegisti & assumpsisti: inhabi-
tabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis Domus tuę: san-
ctum est tēplum tuum, mirabile in æquitate.:

Exaudi nos Deus salutaris noster: spes om-
nium finium terræ & in mari longe.

Præparans montes in virtute tua: accin-
ctus potentia, qui conturbas profundū ma-
ris, sonum fluctuum eius.

Turbabuntur gentes, & timebunt qui ha-





bitant terminos, a signis tuis: exitus matu-
tini & vespere delectabis.

Visitasti terrā, & inebriasti eam: multipli-
casti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis, parasti ci-
bū illorū: quoniā ita est præparatio eius.

Riuos eius inebrians multiplica genimina
ei: in stillicidiis eius lætabitur germinās.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ:
& campi tui replebūtur vbertate.

Pinguescent speciosa deserti: & exultatio-
ne colles accingentur.

Induti sunt arietes ouium, & valles abun-
dabunt frumento: clamabunt, etenim hym-
num dicent.

Requiem æternā dona. *ān.* Exaudi Domi-
ne orationem meam, ad te omnis caro ve-
niet. *ān.* Me suscepit.

Psalmus. lxiij.

Deus Deus me⁹, ad te de. & c. vt su. *ps. lxxvj.*

Deus misereatur nostri, & bene. & c. vt su.

Requiē. *ān.* Me suscepit dextera tua Domi-
ne. *ān.* A porta inferi. *Canticū. Isaię. xxxviij.*

EGo dixi in dimidio dierum meorū: va-
dam ad portas inferi.

Quæsiui resi duū anno rū meorum: dixi, nō
videbo Dominiū Deum in terra viuentiū.

Non aspiciam hominem vltra: & habita-
torem quietis.

Generatio mea ablata est, & conuoluta est
a me: quasi tabernaculum pastorum.





Præcisa est velut a texente vita mea dū ad-
huc ordirer, succidit me: de mane vsque ad
vesperam finies me.

Sperabā vsque ad mane quasi leo: sic con-
triuuit omnia ossa mea.

De mane vsque ad vesperam finies me si-
cut pullus hirundinis, sic clamabo: medita-
bor vt columba.

Atenuati sunt oculi mei: suspicientes in
excelsō.

Domine vim patior, responde p me: quid
dicam, aut quid respondebit mihi cum ip-
se fecerim?

Recogitabo tibi omnes annos meos: In a-
maritudine animæ meæ.

Domine si sic viuitur, & in talibus vita spi-
ritus mei corripies me, & viuificabis me:
ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisti animā meam: vt non peri-
ret, proiecisti post tergū tuum omnia pec-
cata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neq;
mors laudabit te: non expectabunt, qui de-
scendunt in lacum veritatem tuam.

Viuens viuens ipse confitebitur tibi: sicut
& ego hodie, pater filiis notam faciet veri-
tatem tuam.

Domine saluum me fac: & psalmos nostros
cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in
domo Domini.



Requie. *an.* A porta inferi, erue Domine
animas eorū *an.* Omnis spiritus. *ps. cxlvij.*

L Audate Dominum de cælis: laudate eū
in excelsis & c. *vt supra.* *Psal. cxlix.*

C Antate Domino canticum nouū: laus
eius in Ecclesia. & c. *vt sup.* *Psal. cl.*

L Audate Dominum in Sanctis eius: lau-
date eum in firmamento. & c. *vt supra.*

R equie æternā dona eis *an.* Omnis Spiri-
tus laudet Dominum. *Verf.* Audiui vocem
de cælo dicentem mihi. *Respō.* Beati mor-
tui qui in Domino moriūtur. *an.* Ego sum.

Canticum Zachariæ. *Lu. j.*

Benedictus Dominus Deus. & c. *vt supra.*

Requie æternā. *an.* Ego sum Resurrectio
& Vita: qui credit in me, etiam si mortuus
fuerit uiuet: & omnis qui uiuit & credit in
me, non morietur in æternum. Kyrie elei-
son. *Christe eleison.* Kyrie eleison. Pater
noster. Et ne nos. Sed libera. *Psal. cxxix.*

De profundis clamaui ad te. & c. *vt supra.*


Requiem æternam. *Versus.* A porta inferi.

Resp Erue Domine animas eorū. *Ver.* Do-
mine exaudi ora. *Resp.* Et clamor. *Oratio.*

Deus qui inter apostolicos Sacerdotes
famū & c. *vt supra.* *Oratio.*

Deus veniæ largitor, & humanæ salutis
amator & c. *vt supra.* *Oratio.*

Fidelium Deus omnium conditor & re-
demptor, animabus famū. & c. *vt supra.*





¶ Sequuntur sus-
 fragia plurimorū
 Sanctorum & Sā-
 ctarum. Et primo
 de sanctissima Tri-
 nitate.

Sancta Trinitas vnus Deus, mise-
 rere nostri. Te inuocam⁹, te ado-
 ramus, te laudamus, te glorifica-
 mus, o beata Trinitas, *Verf.* Sit
 nomen Domini benedictum. *Resp.* Ex hoc
 nunc, & vsque in seculum. *Oremus.*



SOLI DEO

LAUS

HONOR

SOLI DEO

IAVS

HONOR

OMnipotens sempiternæ Deus, qui dedisti famulis tuis in cōfessione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potētia maiestatis adorare vnitatem: quæsumus vt eiusdē fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Per Do.

Oratio ad Patrem. *Anti.* Pater de cælis Deus, miserere nostri. *Oratio.*

Domine sancte Pater omnipotens æternæ Deus, qui coæqualem, consubstantialem & coæternum tibi ante omnia secula Filiū ineffabiliter genuisti, cū quo atque cū Spiritu sancto, ex te eodēq; Filio procedente, cælū, terrā, atque omnia quæcūque existūt, visibilia & inuisibilia mirabiliter creasti: tibi gratias ago, te adoro, te laudo, te benedico, teque magnifico. Esto quæso ppitius mihi peccatori: & ne despicias me opus manū tuarū: sed libera, salua, & adiuua me pppter nomē sanctū tuū. Qui viuīs

Oratio ad Filiū. *an.* Fili redemptor mūdi Deus, miserere nostri. *Oratio.*

Domine Iesu Christe Fili Dei viui, qui es verus & omnipotens Deus, splendor & imago Patris & vita æterna, cui est vna cum æterno Patre & Spiritu sancto æqualis honor, eadē gloria, coæterna maiestas, vna substantia: tibi gratias ago, te adoro, te laudo, te benedico, teque glorifico, ne me quæso perire patiaris, sed salua & adiu



ua me ppter nomē sanctū tuū, Qui viuis.
Oratio ad Spiritum sanctum. an Spiritus
sancte Deus, miserere nostri. **O**ratio.

Domine Spiritus sancte Deus, qui coæ
qualis, cōsubstantialis & coæternus Pa
tri Filioque existēs, ab eis ineffabiliter p
cedis, quique super eundē Dominū nostrū
Iesum Christū in columbæ specie & supra
sanctos Discipulos suos in linguis igneis
descēdisti: tibi gratias ago, te adoro, te lau
do, te benedico, te que glorifico, Repelle a
me quæso tenebras totius iniquitatis & p
fidia: & accēde in me lumen misericordia
tuæ, & ignē sanctissimi amoris tui, Qui vi
uis & regnas Deus, Per omnia secula secu.

Oratio deuota ad beatiss. virgi. Mariā.

Obscuro te Domina sancta Maria ma
ter Dei, pietate plenissima, summi Re
gis filia, mater gloriosissima, mater orpha
norum, consolatio desolatorum, via erran
tium, salus omnium in te sperantiū. Virgo
ante partum, Virgo in partu, & Virgo post
partum. Fons misericordie, fons salutis &
gratia, fons consolationis & indulgentia,
fons pietatis & lætitiæ. Per illam ineffabi
lẽ lætitiã qua exultauit spiritus tuus in illa
hora qñ tibi per Gabrielẽ Archægeliū annū
ciatus & cōceptus Filius Dei fuit. Et p il
lud diuinū mysteriū quod tūc opatus est in
te Spiritus sanctus. Et p illã inæstimabilẽ



gratiam, pietatē, misericordiā, charitatē,
& humilitatē, per quas Filius tuus descen-
dit accipere humanā carnē in venerabilis-
simo vtero tuo. Et in quibus te respexit,
quādo te cōmendauit sancto Ioanni Apo-
stolo & Euāgelistæ: & quando te exaltauit
super choros Angelorū. Et per illā sanctā
ineffabilē humilitatem, in qua tu respōdi-
sti Archangelo Gabrieli, Ecce ancilla Do-
mini: fiat mihi secundum verbū tuū. Et per
gloriosissima quindecim gaudia, quę habui-
sti de Filio tuo Domino nostro Iesu Chri-
sto. Et per illā sanctā & maximam cōpas-
sionem, & acerbissimū cordis dolorē, quē
habuisti quando Filium tuū Dominum no-
strum Iesum Christum ante Crucē nudatū
& in ipsa leuatū vidisti pendentē, crucifi-
xum, vulneratum, sitientē fel apponi, cla-
mantē audisti, & morientem vidisti. Et per
quinq; vulnera Filij tui: & per contractio-
nem viscerū tuorū, præ nimio dolore vul-
nerum suorū. Et per dolorem quē habui-
sti, quando vidisti eū vulnerari. Et per fon-
tes sanguinis sui. Et per omnē passionem
eius. Et per omnē dolorē cordis tui. Et per
fontes lachrymarū tuarum: vt cum omni-
bus Sanctis & Electis Dei venias & festi-
nes in auxilium & consiliū meū: in omnib⁹
orationibus & supplicationibus meis: & in
omnibus angustiis & necessitatibus meis.





Et in omnibus illis rebus in quib⁹ ego sum
facturus, locuturus, aut cogitaturus omni-
bus diebus ac noctibus, horis atque momē-
tis vitæ meæ. Et mihi famulo tuo impetres
a dilecto Filio tuo virtutū omnium cōple-
mentum cum omni misericordia & conso-
latione, omni cōsilio, omni adiutorio, om-
ni benedictione & sanctificatiōe : omni sal-
uatione, pace, & prosperitate: omni gaudio
& alacritate. Etiā abundantia omnium bo-
norum spiritualiū & corporaliū. Et gratiā
Spiritus sancti, qui me bene per omnia di-
sponat, animā meam custodiat, corpus meū
regat, mentē erigat, mores cōponat, actus
probet, vota & desyderia mea perficiat, co-
gitationes sanctas instituat, præterita mala
indulgeat, præsentia emendet, futura moderetur.
Vitā honestā & honorabilē mihi
tribuat: fidē, spem, charitatē, castitatē, hu-
militatē, & patiētia mihi cōdonet. Quinq;
sensus corporis mei regat & protegat. Se-
ptē opera misericordiæ cōplere me faciat.
Duodecim Articulos fidei & Decē Præce-
pta legis firmiter tenere & credere me fa-
ciat. Et a Septē Peccatis criminalibus me
liberet & defendat vsque in finē. Et in no-
uissimis diebus meis ostēde mihi faciē tuā,
& annuncies mihi diē & horam obitus &
mortis meæ. Et hanc orationē supplicem
suscipias & exaudias, & vitā æternā mihi





tribuas. Audi & exaudi me dulcissima virgo Maria mater Dei & misericordię. Amē.

¶ *Alia oratio ad beatam virginem Mariã: & ad sanctum Ioannem Euangelistam.*

O Intemerata & in æternum benedicta, singularis atque incomparabilis virgo Dei genitrix Maria, gratissimū Dei tēplū, Spiritus sancti sacrarium, ianua regni cælorum: per quā (post Deum) totus viuut or bis terrarū. Inclina mater misericordię aures tuę pietatis indignis supplicationibus meis, & esto mihi miserrimo peccatori pia in omibus auxiliatrix. O Ioannes beatissime Christi familiaris anice, qui ab eodē Domino nostro Iesu Christo Virgo es electus, & inter cæteros magis dilectus, atque mysteriis cælestibus vltra omnes imbutus. Apostolus enim & Euangelista factus es præclarissimus. Te etiam inuoco cum Maria matre eiusdem saluatoris nostri: vt mihi opem tuā cum ipsa conferre digneris. O duę gemmæ cælestes Maria & Ioannes. O duo luminaria diuinitus ante Deum lucentia: vestris radiis, scelerum meorū effugate nubila. Vos enim estis illi duo, in quibus Deus Pater per Filium suum specialiter edificauit sibi domum. Et in quibus ipse Filius Dei ob syncerissimæ virginittatis meritum, dilectionis suę confirmauit priuilegium: in Cruce pendens vni vestrū ita di-






cens: Mulier, Ecce Filius tuus. Deinde ad
ad aliū, Ecce mater tua. In huius ergo tam
sacratissimi amoris dulcedine, qua tūc ore
dominico, velut Mater & Filius, inuicem
estis coniuncti: vobis duobus ego miserrimus
peccator cōmendo hodie corpus & animam
meā: vt in omnibus horis atque mo-
nientis, interius & exterius firmi custodes,
& pij apud Deum intercessores existere di-
gnemini. Credo enim firmiter & fateor
indubitanter: quia velle vestrum, velle Dei
est: & nolle vestrum, nolle Dei est. Vnde
quicquid ab eo petitis: sine mora obtine-
tis. Per hanc ergo tam potentissimā vestræ
dignitatis virtutē, poscite quæso mihi pec-
catori corporis & animæ sanitatem. Agite
quæso agite vestris sacris orationibus: vt
cor meum inuisere & inhabitare dignetur
Spiritus almus gratiarū largitor optimus:
qui me a cūctis vitiorū sordibus expurget,
virtutibus sacris exornet, in dilectiōe Dei
& pximi mei pfecte stare & pseuerare me
faciat. Et post huius vitæ cursū, ad gau-
dia ducat electorū suorū benignissimus Pa-
raclēt⁹ gratiarū largitor optimus, Qui cū
Patre coæterno & consubstantiali viuūt &
regnat per infinita seculorū secula. Amen.

C Deuota contēplatio beatæ Mariæ virgi-
nis iuxta Crucē Filij sui lachrymātis, & ad
cōpassionē Saluatoris singulos inuitantis.





S Tabat mater dolorosa iuxta Crucē la-
schrymosa, dum pēdebat Filius. Cuius
animā gementē, contristatā, & dolētē per-
transiuit gladius. O q̄ tristes & afflicta, fuit
illa benedicta mater vnigeniti? Quæ mœ-
rebat, & dolebat, & tremebat, cum videbat
nati pœnas inclyti. Quis est homo qui nō
fletet, Christi matrem si videret, in tanto
supplicio? Quis posset non contristari, piā
matrē contēplari, dolentem cum filio? Pro
peccatis suæ gentis, vidit Iesum in tormē-
tis, & flagellis subditum. Vidit suum dulce
natum morientē, desolatū, dum emisit spi-
ritū. Eia mater fons amoris, me sentire vim
doloris fac vt tecum lugeam. Fac vt ardeat
cor meū in amando Christū Deum: vt sibi
cōplaceam. Sancta mater istud agas: cruci-
fixi fige plagas, cordi meo valide. Tui nati
vulnerati, iam dignantis pro me pati: vim
amoris imprime. Fac me vere tecum flere,
crucifixo condolere, donec ego vixero. Iu-
xta Crucē tecum stare, te libenter sociare,
in plāctu desydero. Virgo virginū præcla-
ra, mihi iā non sis amara, fac me tecum plā-
gere. Fac vt portem Christi mortē, passio-
nis eius sortem, & plagas recolere. Fac me
plagis vulnerari, Cruce hac inebriari, ob
amorem filij. Inflāmatus & accēsus, per te
virgo sim defensus in die iudicij. Fac me
Cruce custodiri, morte Christi præmuni-



ri, confoueri gratia. Quando corpus morietur, fac vt animæ donetur paradisi gloria. Amē. *Vers.* Tuā ipsius animam doloris gladius pertransiuit. *Respō.* Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. *Oratio.*


Interueniat pro nobis quæsumus Domine Iesu Christe nunc & in hora mortis nostræ apud tuā clementiā beata virgo Maria mater tua: cuius sacratissimā animam in hora suæ passionis doloris gladius pertransiuit. Per te Iesu Christe saluator mundi.

Qui cum Patre & Spiritu sancto. &c.

De proprio Angelo.

Sancte Angele Dei, cui ego indignus peccator ad custodiendū cōmissus sum, te humiliter imploro vt a mane vsque ad vesperam, & omni tēpore forti custodia protegas animā meā ab impiis & immūdis spiritibus, qui tanq̄ leones rugientes circumcierunt me deuorare quærentes: quæso, virtutis tuæ potentia refrenētur: ne aut sensum meum cōmoueant, aut quietē pacis perturbent, aut illicitum amorē infundant: vt qui te terris patronum habeo, tecū gaudeam in regno cælesti. Amen. *Vers.* Angele sancte Dei. *Resp.* Sit tibi cura mei. *Oratio.*

Deus qui infinita bonitate tua, sanctum Angelum tuū anteq̄ nascerer, mihi ad custodiendū prouidisti: cōcede propitius vt tua p̄uisione ipse sanctus Angelus in hac





vita me indefinenter custodiat, atque post finem huius vitæ ad te qui es Deus immortalis, illæsum perducatur. Per Dominum.

¶ De sancto Michael Archangelo. añ.

Princeps gloriosissime Michael: dux exercituum, susceptor animarum, debellator malorum spirituum, Ecclesiæ Dei post Christum dux admirabilis, gradis excellentiæ & virtutis: omnes reclamantes ad te, ab omni libera aduersitate, & in cultu Dei facias proficere tuo precioso officio & dignissima pace. **Ver.** Ora pro nobis beate Michael princeps in Ecclesia Dei. **Resp.** Vt digni efficiamur promissionibus Christi. **Oratio.**

Omnipotens sempiternæ Deus qui saluti humanæ naturæ ex summa clemencia tua, gloriosum principem Ecclesiæ tuæ beatum Michaelem Archangelum mirabiliter deputasti, concede propitius: ut eius protectionis subsidio, hic a cunctis hostibus efficacissime tueamur, & in futuro nostro obitu ab omni tentatione liberemur, & tuæ excellentiæ maiestati beatificæ sentiamur, Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium.

¶ De omnibus Angelis. añ.

Michael, Gabriel, Raphael, summi nuncij & omnes sancti Angeli Dei intercedite pro nobis in conspectu Domini. **Ver.** Angelis suis Deus mandauit de te. **Respõ.** Vt custodiant te in omnibus viis tuis. **Oratio.**





DEus qui miro Ordine, Angelorum ministeria hominumque dispensas, concede propitius: vt a quibus tibi ministrantibus in cælis semp adsistitur, ab his in terra vita nostra muniatur, Per Dominum.

Oratio Trium Regum añ.

Rex Iaspar, Rex Melchior, Rex Balthasar, rogo vos per singula nomia, rogo vos per sanctam Trinitatem, rogo vos per Regem regum quem vagientem in cunis vidistis: vt compatiamini tribulationum mearum hodie, & intercedite pro me ad Dominum, cuius desyderio exules facti estis: & sicut vos per angelicam annunciationem de re-
ditu ab Herode eripuit: ita me hodie liberare dignetur ab omnibus inimicis meis visibilibus & inuisibilibus: & a subitanea & improuisa morte, & ab oī cōfusione, mala fama & ab omni periculo corporis & animæ, Per Christum Dominum nostrum. Amē.

Ver. Reges Tharsis & insulæ, munera offerent. **Respō.** Reges Arabum & Saba dona adducent.

Oratio.

DEus illuminator omnium gentium, da populis tuis perpetua Pace gaudere, & illud lumen splendidum infunde cordibus nostris, quod Trium Magorum mentibus aspirasti, Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, Qui tecum viuit & regnat.

De sancto Ioanne Baptista. añ.





Inter natos mulierum non surrexit maior
Ioanne Baptista. *Verf.* Fuit homo missus a
Deo. *Ref.* Cui nomē erat Ioānes. *Oratio.*

PRæsta quæsumus omnipotens Deus vt
familia tua per viam salutis incedat : &
beati Ioānis præcursoris Christi hortamē
ta sectando, ad eū quē prædixit, segura per-
ueniat. Dominū nostrū Iesum Christū. &c.

¶ De sancto Petro Apostolo. añ.

Tu es pastor ouium, princeps Apostolorū:
tibi tradidit Deus omnia regna mundi, &
ideo traditæ sunt tibi Claues regni cælorū:
tibi enim a Domino collata est potestas li-
gandi atq; soluendi: & ideo traditæ sunt ti-
bi Claues regni cælorū. *Ver.* Solue iubente
Deo terrarum Petre catenas. *Resp.* Qui
facis vt pateāt cælestia regna beatis. *oratio*

Deus qui beatū Petrū Apostolū a vin-
culis absolutū, illęsum abire fecisti: no-
strorum quæsumus absolue vincula pecca-
torum, & oīa mala a nobis propitiatus ex-
clude. Per Dominū nostrū Iesum. &c.

¶ De sancto Paulo. Antiphona.

O gloriosum lumen omniū ecclesiarū sole
splendidius. o vere apostolicū sydus altissi-
mū sancte Paule, qui æterni solis splendo-
rem tenebris gentiū infudisti, qui in terris
positus cælorū secreta petisti, & quæ nō li-
cet homini loqui præuidisti: illuc supplices
tuos post huius carnis terminū perducere





dignate, quos fecisti veritatis lumē agnos-
cere. *Ver.* Tu es vas electionis sancte pau-
gentium doctor. *Respon.* Pro nobis ora
Deum qui te elegit. *Oratio.*

DEus qui vniuersum mundū beati Pau-
li Apostoli tui institutione docuisti, da
nobis quæsumus: vt qui eius memoriā pio
affectu recolimus, eius apud te patrociniā
sentiam⁹, Per Dominū nostrū Iesum. &c.

De sancto Andrea, Antiphona.

Cū peruenisset beatus Andreas ad locum
vbi Crux parata erat: exclamauit, & dixit:
O bona Crux diu desyderata, & iā cōcupi-
scenti animo præparata, securus & gaudēs
venio ad te: ita vt tu exultans suscipias me
Discipulū eius qui pepēdit in te. *Verf.* Di-
lexit Andreā Dominus. *Respon.* In odo-
rem suauitatis. *Oratio.*

Maiestātē tuam Domine supplices ex-
oramus: vt sicut Ecclesiæ tuæ beatus
Andreas Apostolus extitit prædicator &
rektor, ita apud te sit pro nobis perpetuus
intercessor. Per Dominum nostrum.

De sancto Ioanne Euangelista. añ.

O speculū virginalis pudicitiae, o gemmæ
charitatis plenissime sancte Ioannes: qui
Christū præ Apostolis cognouisti, purius
dilexisti, & ab ipso præ cæteris diligi me-
ruisti: impetra nobis tuis sanctis precibus,
vt & Christum cognoscamus manifestius,





diligamus feruidius, atque ab ipso dilecti sibi vniamur intimius. **Verf.** Virgo electus es a Domino. **Respon.** Atque inter ceteros magis dilectus. **Oratio.**

BEati Ioānis Apostoli tui & Euāgelistæ qui super pectus tuū in cœna decubuit nos quesumus Domīe nūc & in hora mortis nostræ, cōmendet oratio: cui in Cruce pro nostra salute pēdens & moriens, matrē tuā virginem virgini cōmendasti, Qui vi.

¶ De sancto Iacobo. ān.

O lux & decus Hispaniæ, sanctissime Iacobe: qui inter Apostolos primatum tenes, primus eorum martyrio laureatus. O singulare præsidium, qui meruisti videre redemptorē nostrum adhuc mortalem in diuinitate transformatum: exaudi preces seruatorum tuorum, & intercede pro nostra salute omniumque populorū. **Verf.** O fœlix Apostole magne martyr Iacobe. **Resp.** Te colētes adiuua ducēs ad cœlestia. **Oratio.**

ESto Domine plebi tuæ sanctificator & custos: vt beati Iacobi Apostoli tui munia præsidii, & conuersatione tibi placeat, & secura mente deseruiat. Per Do.

¶ De sancto Thoma. ān.

OThoma Didyme per Christum quē meruisti tangere, te precibus rogamus altisonis, succurre nobis miseris, ne dānemur cū impiis in aduentu iudicis. **Ver.** Quia me





vidisti Thoma, credidisti. **Resp.** Beati qui non viderunt & crediderunt. **Oratio.**

Concede quaesumus Domine Apostolū tuū Thomā interuenire pro nobis: vt eius semper patrociniis subleuemur, & fidem congrua deuotione sectemur. Per.

¶ De san. Philippo & Iacobo Aposto. añ.
Labia eorum salutarē disseminauerunt sciētiam: opus sanctum, dignum benedictione, plenū fecerūt, & ministeriū sibi traditū deuote impleuerūt. **Ver.** Annunciauerūt opa Dei. **Rel.** Et facta ei⁹ intellexerūt. **Oratio.**

Apostolorum tuorū Philippi & Iacobi nos quaesumus Domine attolle praesidiis: vt quorum memoriam agimus, eorum precibus adiuuemur, Per Dominum.

¶ De sancto Bartholomæo. añ.

O praeclarū lumen Indiae, o insigne decus vniuersalis Ecclesiae, Bartholomæe Apostole: te deprecamur nos christicolæ, vt cū sederis inter iudicantes, summo iudici cōmēdes nos supplicātes. **Ver.** Voto ꝑcamur supplici: vt precibus Apostoli. **Rel.** Nos a reatu liberi, possimus Deo ꝑfrui. **Oratio.**

Quaesumus omnipotēs Deus, vt beatus Bartholomæus Apostolus tuum pro nobis imploret auxilium: & a cunctis reatibus absoluti, a cunctis etiam periculis eruamur, Per Christum Dominum.

¶ De sancto Matthæo. añ.





Cum vidisset Dominus Matthæum in telonio sedentē, vocauit eum. at ille mox relictis omnibus surgēs secutus est Dominū Iesum æternæ vitæ largitorem. **Ver.** Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. **Resp.** Sed hēbit lumē vitę, dicit Dominus. **oratio.**

BEati Matthæi Apostoli tui & Euangelistę Domine precibus adiuuemur: vt quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Per Dominū.

De sanctis Simone & Iuda. añ.

Isti sunt angelica solidati claritate, inelyti Apostoli Simon & Iudas: quorum germanitas a Christo inter immania fuit fulcita tormenta, omnes precamur vt eorum intercessiōe a Domino subleuemur. **Ver.** Nimis honorati sunt amici tui Deus. **Ref.** Nimis cōfortat⁹ est principatus eorū. **oratio.**

DA nobis quę sumus Domine sanctorū Apostolorū tuorum Simonis & Iudę intercessionibus subleuari: vt per quos Ecclesię tuę superni muneris rudimenta donasti, per eos subsidia ppetuę salutis impēdas. Per Christum Dominum nostrum.

De sancto Mathia. añ.

Orantibus ad Dominum Apostolis, vt quē Iudę proditoris loco eligeret, ostēdere dignaretur: diuina sorte Mathias in Apostolum electus est. **Ver.** Elegit Dominus virū de plebe sua. **Respon.** Et claritatē visionis



æternæ dedit illi.

Oratio.

DEus qui beatū Mathiā Apostolorum tuorum collegio sociasti, tribue quæsumus eius interuentione tuæ circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per.

De omnibus Apostolis. añ.

Isti sunt viri sancti quos elegit Dominus in charitate nō ficta : & dedit illis gloriam sempiternam, quorum doctrina fulget Ecclesia vt Sol & Luna. *Vers.* In omnem terrā exiuit sonus eorum. *Resp.* Et in fines orbis terræ verba eorum.

Oratio.

DEus qui nobis per ministerium beatorum Apostolorum, Euangelistarum, atque Discipulorum tuorū veritatem Euāgelij patefieri voluisti, concede propitius: vt quod ab illorū ore didicimus, gratia tua adiuuante operari valeamus. Per Dominū.

De sancto Stephano. añ.

Aue senior Stephane, aue martyr paradoxæ: qui inter agmina plebis Iudaicæ velut lâpas ardētissima apparuisti Domine, nūc sydus inter sydera cælestia aula, succurre huic familiæ gratissima tua interuentione. *Vers.* Ora pro nobis beate Prothomartyr Stephane. *Ref.* Vt digni efficia. *Oratio.*

DA nobis quæsumus Domine imitari quod colimus: vt discamus & inimicos diligere, quia eius cōmemorationē agimus qui nouit etiā p̄ persecutoribus suis exo-

NON PLUS



rare Iesum Christū Dominū nostrū. Amē.

¶ **De sancto Dionysio.**

O beate Dionysi, magna est fides tua, intercede pro nobis ad Dominum deum nostrum: ut qui qualitate tibi sumus dissimiles, sua gratia largiente cælestium gaudiorum faciat esse consortes. **Ver.** Ora pro nobis beate Dionysi. **Resp.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi. **Oratio**

DEus qui beatum Dionysium martyrem tuum virtute cōstantiæ in passione roborasti, quiq; illi ad prædicandū gentibus gloriam tuam, Rusticum & Eleuterium sociare dignatus es: tribue nobis quæsumus ex eorū imitatione pro amore tuo prospera mūdi despiciere, & nulla eius aduersa formidare, Per Dominum nostrum Iesum.

¶ **De sancto Laurentio. añ.**

Beatus Laurentius dū in craticula igni superpositus vreretur: ad impiissimū Tyrannum dixit: Assatus sum iam, versa & mādūca: nam & facultates quas requiris, in cælestes thesauros manus pauperū deportauerunt. **Verf.** Dispersit dedit pauperib⁹. **Resf.** Iustitia eius manet in seculū seculi. **Oratio.**

DA nobis quæsumus oīpotens Deus virtiorum nostrorū fiammas extinguere: qui beato Laurentio martyri tuo tribuisti tormentorū suorū incendia superare, Per.

¶ **De sancto Sebastiano. añ.**

NON PLUS



Egregie Christi martyr Sebastiane, princeps ac propagator sanctissimorum præceptorum, ecce nomē tuum in libro vitæ cælestis ascriptum est: & memoriale tuum nõ derelinquetur in secula. **Ver.** Gloria & honore coronasti eũ Domine. **Resp.** Et cõstituisti eũ sup opera manuum tuarũ, **Oratio.**

Omnipotēs sempiternæ Deus, qui meritis beati Sebastiani martyris tui gloriosissimi, olim Pestem Epidimiæ generalem, omnibus mortiferã reuocasti, præsta supplicibus tuis: vt qui pro simili Peste reuocanda, siue cessanda, sub tua confidentia ad ipsum refugerint, eiusdē meritis & precibus, ab omni Peste Epidimiæ, & ab omnibus nocumētis venenosis, necnõ ab oĩb⁹ corporis & animę periculis, ac a subitanea & improuisa morte, ab omnibusq; inimicis visibilibus & inuisibilibus singulis diebus, horis atq; momentis liberemur, Per.

De sancto Vincentio. añ.

Vir inclytus Vincentius martyr Domini preciosus, succensus igni diuini amoris cõstanter sustinuit supplicia passionis, & per immanitatē tormētorũ peruenit ad societate Angelorũ, cuius intercessio nobis obtineat veniã, qui p tormēta passionis æternã meruit palmã & sempiternã coronam. **Ver.** Vicēti dabo mãna absconditũ. **Ref.** Et nomē nouũ scriptum in libro vitæ, **Oratio**





DEus qui beatū Vincentiū Martyrem tuū inter vincula liberū, & inter tormenta securum tuæ gratiæ vbertate fecisti, quæsumus immēsam clementiā tuā: vt eius intercessione nobis flāmas corporaliū passionū nīæ tuę imbre extinguas, & ignē beatæ charitatis infundas. Per Dominum.


De sancto Lamberto Episcopo. añ.

Magna vox laude sonora te decet per oīa, quo poli chorea gaudent aucta tali cōpare, terra plaudit & resultat digna tanto præsule, o sacer Lāberte Martyr, nostra vota suscipe. **Ver.** Iust⁹ vt palma florebit. **Ref.** Et sicut cedrus Libani multiplicabitur. **Oratio.**

DEus qui beatū Lābertū Pontificē palma Martyrij decoratum Sāctorū tuorum meritis cōæquasti, præsta quæsumus: vt apud te sit pro nobis perpetuus suffragator, qui tui nominis extitit idoneus prædicator, Per Dominū nostrum Iesum.

De sancto Christoforo. añ.

Sancte Christofore Martyr Dei preciose, rogo te per nomē Christi creatoris tui, & per illud prærogatiuū quod tibi contulit quādo nomen suū tibi soli imposuit: te deprecor in noīe Patris & Filij & Spiritus sancti, & per gratiā quā accēpisti vt erga Deum & sanctā eius Genitricē mihi famulo tuo N. sis ppitius peccatori: quatenus tuo pio interuētū facias me vincere omnes






qui cogitāt mihi mala : & per illud leue o-
nus quod est Christus quod trans marinū
flumē in humeris tuis feliciter portare me-
ruisti, alleuiare dignare præsentes meas an-
gustias, paupertates, tribulationes, malas &
peruersas machinationes, fraudulentas cō-
spirationes, mēdacīa, falsa testimonia, oc-
cultā siue apertā consilia: & alia quæ cōtra
honorē meū cogitando, vel conspirādo ve-
ritatis æmuli mihi seruo tuo inferre conā-
tur: vt vita comite & saluo honore tecū gau-
dere valeā in secula seculorū. *Ver.* Ora pro
nobis beate Christofore. *Respō.* Vt digni
efficiamur pmissionibus Christi. *Oratio.*

Deus qui beatū Christoforū Martyrē
tuū virtute cōstantiæ in passione ro-
borasti, quiq; vnigenitū tuū Dominū no-
strū Iesum Christū in suis humeris mirabi-
liter portare voluisti, cōcede ppiti^o: vt qui
eius cōmemorationē agim^o, ipsius meritis
ad regna cælestia puenire mereamur. Per.

De vno Martyre in communi. añ.

Iste Sāctus pro lege Dei sui certauit vsque
ad mortē, & a verbis impiorū nō timuit: sū-
dat^o enim erat supra firmā Petrā. *Verf.* Bea-
tus vir qui suffert tentationē. *Ref.* Quoniā
cū pbat^o fuerit, accipiet coronā vitę. *oratio*

Præsta quæsumus omnipotens Deus: vt
qui beati N. martyris tui memoriā agi-
mus: intercessiōe eius in tui nominis amo-





re roboremur, Per Christum Dominum.

¶ De omnibus Martyribus. añ.

Gaudet in cælis animæ Sãctorũ : qui Christi vestigia sunt secuti : & quia pro eius amore sanguinẽ suum fuderunt : ideo cum Christo exultant sine fine. **Ver.** In martyrũ vulneribus tua o Iesu vulnera recolentes.

Resp. Munera tibi laudis offerimus : & saluari deposcimus. **Oratio.**

Omnipotens sempiternæ Deus : qui nos idoneos non esse perpendis ad maiestatem tuam sicut dignũ est exorandam : da sanctos tuos pro nostris supplicare peccatis, quos digne possis audire, Per Domi.

¶ De sancto Gregorio. añ.

O Gregori dulcissimum sancti Spiritus organũ atq; virtutũ speculũ : posce nobis suffragium vt hoc possimus consequi quo te gaudemus perfrui. **Ver.** Ora pro nobis beatissime pater Gregori. **Ref. Vt dig. oratio.**

Deus qui animæ famuli tui Gregorij æternæ beatitudinis præmia contulisti, concede propitius : vt qui peccatorum nostrum pondere præmimur, eius apud te precibus subleuemur, Per Dominum.

¶ De sancto Hieronymo. añ.

O lampas Ecclesiæ, o iubar singulare : doctor sapientiæ, decusque salutare, inlyte Hieronymè, o doctor Deo chare, in lacu miserix nos regere dignare. **Ver.** Ora pro



nobis beate Hieronyme. *Ref. Vt di. oratio*

DEus qui nobis per beatū Hieronymū confessorē sacerdotēq; tuum Scripturæ sanctæ veritatē ac mystica sacramēta reuelare dignat⁹ es, præsta quæsumus: vt cuius memoriā agimus, & erudiamur doctrinis, & meritis adiuuemur, Per Chri.

¶ De sancto Augustino. añ.

Salve gemma Confessorū, scribe vitæ, lux doctorum, præsul beatissime: qui te patrē veneratur, per te vitā consequatur beatorū animæ. *Ver.* Ora pro nobis pie pater Augustine. *Ref.* Vt digni efficiamur. *Oratio.*

Adesto supplicatiōibus nostris oīpotēs Deus: vt quibus fiduciā sperandæ pietatis indulges, intercedente beato Augustino Confessore tuo atque Pontifice, consuetæ misericordiæ tribue benignus effectū, Per Dominum nostrum Iesum Chri.

¶ De sancto Ambrosio. añ.

O magnū Sacerdotem, virum sanctū Ambrosiū: cuius fide & doctrina roborata est Ecclesia: cuius vita casta fuit & oratio pura: cuius post mortē anima migravit ad regna cælestia. *Ver.* Ora pro nobis beate Ambrosi. *Resp.* Vt digni efficiamur. *Oratio.*

Sancti Ambrosij Cōfessoris tui atq; Pōtificis nos quæsumus Domīe iugiter psequatur oratio: vt qđ petitio nostra nō impetrat, ipso p nobis intercedēte p̄stetur. p.

SIC VT
NON PLS.

¶ De sancto Martino. añ.

O beatū Pontificē qui totis visceribus diligebat Christi regnū, & nō formidabat īperij principatū. o Martini dulcedo, medicamentū & meritū, o sanctissima aīa: quam si gladius p̄secutoris nō abstulit, palmā tamē martyrij nō amisit. **Ver.** Ora p̄ nobis beate Martine. **Ref.** Vt digni efficiā. **Oratio.**

DEus qui populo tuo aeternę salutis beatum Martinum ministrū tribuisti, concede quęsumus nobis: vt qui executor m̄datorū tuorū extitit in terris, intercessor noster semper esse dignetur in cęlis. Per.

¶ De sancto Nicolao. añ

Salue p̄sul gloriōse, sancte Christi preciose Nicolae, castitati: virginūq; paupertati copiose subuenisti, mari Nautas redemisti: vita pene desperatos, atque morti cōdēnatos innocentes tres milites, totq; soluisti iuuenes, simulachrūque Dianę cōfregisti mox inane, Christianus suscitatus, & Iudæus baptizat⁹, tuis extitit p̄cibus, baptizatur Teloneus: dū fur opes instituit quas tuę figurę tribuit. his & aliis miraculis decoratum innumeris deposcimus piissime, ad Christū m̄tes dirige, impetra bene viuere nobis & donū gratiæ: vt delictorū venia nobis detur in patria. Amen. **Versus.** Beatus Nicolaus adhuc puerulus. **Respon.** Multo ieiunio macerabat corpus. **Oratio.**

SIC VT
NON PLS



Deus qui Beatum Nicolaū piū Pontificem tuū innumeris decorasti miraculis, tribue quæsumus: vt eius precib' & meritis a gehēne ignis icēdiis liberemur. Per.

De sancto Francisco. añ.

O verum luciferū fulgentē, mūdi vespere splendētem in æthere, sole perlustratum: o Franciscæ pauperū pater, iam regnans pspere, nōs exaudi propere, regnū dās optatum. *Vers.* Ora pro nobis beate pater Frānciscæ. *Resp.* Vt digni efficiamur. *Oratio.*

Deus qui Ecclesiam tuā beati Francisci meritis foetu nouæ prolis amplificas, tribue nobis ex eius imitatiōe terrena despicere, & cęlestium bonorum semper participatione gaudere. Per Dominum.

De sancto Antonio. añ.

O lampas ardens in virtute, o lucerna supra candelabrū posita Antoni serue Christi, ad cuius suffragia languētium suspirant vota, confer nobis vitæ subsidia: vt per tua merita, valeamus cuncta euadere pericula, & gehēne ignis incēdia. *Vers.* Ora pro nobis beate Pater Antoni. *Resp.* Vt digni efficiamur promissionibus Christi. *Oratio.*

Omnipotēs sempiternæ Deus maiestātē tuā suppliciter exoramus: vt sicut beatus Antonius Cōfessor tuus gloriosus multitudinē dæmonū (cooperante Spiritu sancto) cōtriuuit: ita suis meritis & patrociniis





a dæmonum insidiis liberemur, Per Chri.

¶ *De sancto Bernardo. añ.*


Odoriferū liliū in æternū ante Dominum
germinās & florens, spargens vbiq; viuifi
cū suauitatis odorē Bernarde Cōfessor in-
clyte, cuius apud nos memoria in benedi-
ctiōe est: apud superos præsens in honore:
fac nos canētes te tantæ plenitudinis cæle-
stis regni participio nō fraudari. *Ver.* Ora
p nobis beate pater Bernarde. *Ref.* Vt di.

Perfice in nobis Domīe quæ- *(Oratio.*
sumus piū sanctæ religionis effectū: &
ad obtinēdā tuæ gratiæ largitatem, beatus
Bernardus Abbas & doctor egregius, suis
apud te semper pro nobis meritis & preci-
bus intercedat, Per Dominum nostrum.

¶ *De vno Confessore in communi. añ.*

Iste sanctus digne ad memoriā vertitur ho-
minum, qui ad gaudium transit Angelorū:
quoniam in hac peregrinatione solo cor-
pore constitutus, cogitatione & auiditate
in illa æterna patria conuersatus est. *verf.*
Iustus germinabit sicut liliū. *Ref.* Et flo-
rebit in æternū ante Dominum. *Oratio.*

Intercessio nos quæsumus tibi Domine
beati N. confessoris tui cōmendet: vt qđ
nostris meritis nō valemus, ei' patrocini-
o assëquamur, p. ¶ *De oīb' cōfessorib'. añ.*
Sancti per fidem vicerunt regna: operati
sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones.





Ver. Iusti autē in perpetuū viuēt. **Resp.** Et apud Dominum est merces eorū. **Oratio.**

Sanctorum Confessorum tuorū quæsumus meritis & precibus adiuuemur: vt quod fragilitas nostra non obtinet, eorum nobis qui ante te iusti inuenti sunt, oratione donetur, Per Dominum nostrum.

¶ **De sancta Anna. añ.**

Aue sc̄elix Anna, per te detur nobis manna, consoletur nos Christus in patria, fac vt fructum videamus tui ventris, & dicamus, Ave plena gratia. **Ver.** Diffusa est gratia in labiis tuis. **Resp.** Propterea benedixit te Deus in æternum. **Oratio.**

Deus qui beatæ Annæ tantam gratiam donare dignatus es, vt Mariam matrē vnigeniti tui in vtero suo portare mereretur: da nobis per intercessionem Matris & Filiæ tuæ propitiationis abundantiam: vt quarum contemorationem pio amore amplectimur, earū precibus & meritis ad cælestē Hierusalem peruenire valeamus, Per.

¶ **De sancta Maria Magdalena. añ.**

Beata Maria Magdalena quæ Dominum post Resurrectionem videre meruisti prima: intercede pro nobis omnibus te pie recolētib⁹. **Ver.** Dimissa sunt ei peccata multa. **Resp.** Quoniã dilexit multum. **Oratio.**

Largire nobis clementissime pater q̄ si cut beata Maria Magdalena Dominiū





nostrum Iesum Christū super oīa diligendo, suorū obtinuit veniā peccaminum : ita nobis apud misericordiā tuam sempiternā imploret beatitudinē, Per Christum Do.

¶ De sancta Caterina. añ.

Aue virgo speciosa, clarior syderib' cuius vultū ac decorē concupiuit Dominus : fun de preces creatori pro tuis supplicibus.

Ver. Ora pro nobis beata Caterina. **Resp.** Ut digni efficiamur promissioni. **Oratio.**

Deus qui dedisti legē Moysi in summitate mōtis Synani, & in eodē loco corpus beatæ Caterinæ virginis & Martyris tuæ per sanctos Angelos tuos mirabiliter collocasti, tribue quæsumus: vt eius precibus & meritis ad montē qui Christus est, peruenire valeamus, Per Christum Do.

¶ De sancta Barbara. añ.

Aue virgo speciosa, aue Martyr gloriosa, Barbara egregia: patri carnis odiosa, Christo regi gratiosa, fidei constantia: tua prece preciosa, nos a vita erumposa, vera duc ad gaudia. **Ver.** Ora p nobis beata virgo Barbara. **Resp.** Ut digni efficiamur. **Oratio.**

Intercessio quæsumus Domie beatę Barbarę virginis & Martyris tuæ nos ab omni aduersitate defendat: vt per interuētū eius gloriosum, sacrosanctū corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi sacramētum, cū vera cōtritione, & pura cōfessione



ante huius vitæ exitū ꝑcipere valeamus. p.

De sancta Margareta. añ.

Veni spōsa Christi: accipe coronā quā tibi Dominus præparauit in æternum, pro cuius amore sanguinem tuum fudisti, & cum angelis paradīsum introisti. **Versus.** Specie tua & pulchritudine tua. **Respon.** Intende prospere, procede & regnā. **Oratio.**

Deus qui beatam Margaretā virginē ad cælos per martyrij palmam peruenire fecisti, cōcede quæsumus: vt nulla impiorū hominū tormenta formidātes, ambulemus iuxta Euāgeliū regni tandē mortui cū filio tuo & cōsepulti, ꝑueniamus ad vitam. Per.

De vna Virgine in communi. añ.

Hæc est Virgo sapiens, quā Dominus vigiliantem inuenit: quæ accēpta lampade sumpsit secum oleum, & veniente spōso introiit cum eo ad nuptias. **Ver.** Elegit eā Deus & prælegit eā. **Respon.** Et habitare eā facit in tabernaculo suo. **Oratio.**

Omnipotēs sempiternæ Deus, qui infirma mundi eligis vt fortia quęq; cōfundas, cōcede propitiis: vt qui beatæ N. Virginis tuæ memoriā agimus, eius apud te patrocinia sentiamus, Per Christum Domi.

De omnibus Virginibus. añ.

Istæ sunt prudentes Virgines, quæ accēpto oleo in vasis suis cum lampadibus suis, exierunt obuiā spōso & spōsæ: quo veniē-





te, intrauerunt quæ paratæ erant cū eo ad nuptias. **Ver.** Adducentur Regi Virgines post eā. **Ref.** Proxię ei⁹ afferētur tibi. **Oratio**

Deus dilector Iustitiæ & semper osor nequitia, qui concupiscis decorē pulchritudinis virginæ, da vt sanctarum Virginum tuarū intercedentibus meritis, virtutum repleti copiis amorem cōsequamur tuæ dilectionis, Per Dominum nostrum.

¶ De omnibus Sanctis. añ.

Beati estis Sancti Dei qđ voluit vos Christus consortes fieri cælestium virtutum, ac perfrui æternæ claritatis gloria: ideoque precamur vt memores nostri intercedere p nobis ad Dominū Iesum Christū. **Verf.** Bti qui habitāt in Domo tua Domīc. **Ref.** In secula seculorum laudabunt te. **Oratio.**

Concede quæsumus omnipotens Deus: vt intercessio nos sanctæ Dei genitricis virginis Mariæ, beatorūq; omniū cælestium Virtutum, Sanctorū Patriarcharum, Prophetarū, Apostolorū, Martyrum, Confessorū, Virginū ac omnium Sanctorū electorū tuorum vbique nos Iustificet & adiuuet: vt dum eorū gratuita dona recolimus, etiā patrocinia sentiamus, Per eundem.

¶ De corpore Christi añ.

Osacrū cōiuuiū, in quo Christus sumitur, recolitur mēoria passiois ei⁹, mēs impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pign⁹ datur



Alleluia. *Ver.* Panē cæli dedit eis. *Resp.* Pa
nē Angelorū manducauit homo. *Oratio.*

DEus qui nobis sub sacramēto mirabili,
passionis tuæ memoriā reliquisti: tri
bue quæsumus ita nos corporis & sanguinis
tui sacra mysteria venerari: vt redemptio
nis tuę fructum in nobis iugiter portemus.
Qui viuus & regnas Deus. Per omnia.

*Sequuntur plures Petitiones & Oratio
nes. Primo quando surgis mane.*

In matutinis Domine meditabor ī te, Quia
fuisi adiutor meus. *Oratio.*

GRatias ago tibi Domine omnipotens
æternæ Deus, qui me in hac nocte nō
meis meritis, sed tua sancta mīa custodire
dignatus es: cōcede mihi Domine diē istū
in tuo sacro seruitio ita pagere: vt tibi pla
ceat obsequiū seruitutis animæ meæ, Per.

Quando exibis domum tuam dic.

Vias tuas Domine demōstra mihi, & semi
tas tuas edoce me. Gressus meos dirige se
cundū eloquiū tuū: vt nō dominetur in me
oīs iniustitia. Dirige gressus meos in semi
tis tuis: vt nō moueantur vestigia mea.

Accipiendo aquam benedictam dic.

Asperges me Domine hysopo, & munda
bor: lauabis me, & super niuem dealbabor.

Miserere mei Deus secundum magnam mi
sericordiam tuam. **G**loria Patri, & Filio: &
Spiritu sancto. **A**sperges me Do. &c.

Dicenda ante imaginem Crucifixi.

Salua nos Christe saluator per virtutē san-
ctæ passionis: qui saluasti Petrum in mari
miserere nostri. **Vers.** Omnis terra adoret
te Deus, & psallat tibi. **Resp.** Psalmum di-
cat nomini tuo. Oremus.

CRucem & passionē tuam adoramus &
veneramur Domine Iesu Christe: & p
ipsam clementiā tuam humiliter implora-
mus: vt nobis peccatorib' misereri & par-
cere digneris, qui pro nobis dignatus es na-
sci de virgine Maria. Qui viuis & regnas.

Quando prethyer se vertit.

Spiritus sancti gratia illustret & illuminet
cor tuum & labia tua: & accipiat Dominus
hoc sacrificium de manibus tuis dignū pro
peccatis & offensionibus nostris.

In eleuatione corporis Domini.

A nima Christi sanctifica me, corpus Chri-
sti salua me, sanguis Christi inebria me, a-
qua lateris Christi laua me, passio Christi
conforta me, sudor vultus Christi virtuo-
sissimi sana me. O bone Iesu exaudi me, &
ne pmittas me separari a te, ab hoste mali-
gno defende me, in hora mortis voca me,
& pone me iuxta te: vt cum Angelis & San-
ctis tuis laudē te Dominū saluatorē meū in
secula seculorū. Amē. **In eleuatiōe calicis.**

AVe vere sanguis Domini nostri Iesu
Christi, qui de latere ei' cū aqua fluxi



sti: tu mihi sis consiliū, protectio atque de-
fensio corporis & animæ in præsentī vita
& in futuro seculo, per infinita seculorum
secula. Amen.

Quando capitur Pax.

Da pacem Domine in diebus nostris: quia
non est alius qui pugnet pro nobis nisi tu
Deus noster.

In sumptione corporis Christi.

Domine, non sum dignus vt intres sub
tectum meū: sed tu Domine qui dixi-
sti, Qui manducat meā carnē & bibit meū
sanguinē, in me manet & ego in eo: propi-
tius esto mihi peccatori per sumptionem
corporis & sanguinis tui, & præsta vt non
ad iudiciū dānationis illud sumam: sed mi-
sericordia tua tribuente in salutē & remis-
sionem peccatorū meorū, Qui viuis & re.

Quando recapisti.

Vera perceptio corporis & sanguinis
tui Deus omnipotens nō mihi veniat
ad iudicium neque ad condemnationem:
sed sit omnium peccatorum meorum opta
remissio, animæ & corporis mei pia gu-
bernatio, & potens ad vitam præsentem &
æternam introductio, Per Dominum no-
strum Iesum Christum Filium tuum, Qui
tecum viuit & regnat in vnitāte Spiritus
sancti Deus, Per omnia secula seculorum.
Amen.





Hora Cōceptio
nis beatę Marię vir
ginis.

Ad Matutinum.

Domine labia mea aperies.
Et os meū annūciabit laudē tuā
Deus in adiutoriū meū intēde.
Domine ad adiuuandū me festi.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio, & nūc, & semper:
& in secula seculorum amen. **Hymnus.**





Fletus lógæui Rex regum misertus, An-
gelū mittit gaudium pro luctu: vt dicat
Annæ, Tempore senili prolem habebis.

AEterni verbi concipies matrē Anna tu
gaude: quoniam nec talem esse nec credas
futuram, hanc dicent omnes beatam.

Ioachim magno gaudio repletur, vocē dū
audit Angeli dicētis, Pariet tibi Anna ma-
trem Dei grandem præ cunctis.

Gloria Patri Genitæque ꝑli: Flamini san-
cto, Virginiq̄e matri: quæ Dei natum ge-
nuit hominem, sit laus perēnis. **Ver.** Nec-
dum erant abyssi. **Respon.** Et ego iam con-
cepta eram. **Oratio.**


Deus ineffabilis misericordiæ, qui pri-
mæ piacula mulieris per Virginē ex-
piāda sanxisti: da nobis quæsumus con-
ceptionis eius memoriā digne venerari, quæ
vnigenitū tuū Virgo cōcepit & Virgo pe-
perit Dominū nostrū Iesum Christū filiū
tuū, Qui. **Ad Primam.**

Deus in adiutorium. **Domine ad adiu.**
Gloria Patri. **S**icut erat. **Hymnus.**

Terminus noctis ætern⁹ aurora reddi-
dit mundo, præmittens gaudiū mundi
stellam matutinam præuiam solis.

In ortu lucis, stellæ maris, pontus, terra læ-
tātur, gaudeat peccator: nascitur mater re-
demptoris, Maria elemens.

Cæliei eiues reges terræ colūt, sterilis pa-





rit, miratur natura, stupet infernus videns
sine labe virginem nasci.

Gloria Patri, Genitæq; proli: Flamini san-
cto, Virginique matri, quæ Dei natum ge-
nuit hominem, sit laus perennis. **Ver.** Con-
ceptionem virginis Mariæ cum gaudio ce-
lebremus. **Resp.** Vt ipsa pro nobis interce-
dat ad. Dominum Iesum Christû. **Oratio.**

Domine Iesu Christe lux vera quæ illu-
minat omnē hominē venientē in hunc
mundū, da nobis ortū genitricis tuæ digne
celebrare: vt eius intercessione, lucis præ-
mium valeamus obtinere, Qui viuus.

¶ **Ad Tertiam.**

Deus in adiutorium. **D**omine ad adiuan.

Gloria Patri. **S**icut erat. **Hymnus.**

Salutem mundo tribuere volens e cælis
Deus, Angelum Mariæ mittit: vt dicat,
eam salutando, Aue Maria.

Gratia plena concipies Deum: hoc tibi si-
gnum, Helizabet tua parens concepit ste-
rilique filium, in senectute.

Puella gaudens Gabrielis ore suscepit ver-
ba, respondens sic dicit, Ecce ancilla Do-
mini, fiatque hoc verbum tuum.

Gloria Patri, Genitæque pli: Flamini san-
cto, virginique matri, quæ Dei natum ge-
nuit hominem, sit laus perennis. **Ver.** An-
gelus Domini nunciauit Mariæ. **Resp.** Et
concepit de Spiritu sancto. **Oratio.**

SOLI DEO

LAUS

HONOR





Deus qui de beatæ Marię virginis vte.
&c. vt sup. **¶ Ad Sextam.**

Deus in adiu. **Domine ad adiu. Hymnus.**

Pverum vatem habentem supremi alio
preclusum, cognatam, Maria mōtana Iu-
dææ scandens, salutat festino gressu.

Marię vocem Helizabet dū audit, exultat
infans in vtero clausus: prophetat mater
dicens, Quia credis, concipies verbum.

Virgo tam mira audiens & videns canticū
nouum, reddit creatori, dulce dans melos,
Magnificat Deum anima mea.

Gloria Patri, Genitæq; proli: Flamini san-
cto, virginique matri: quæ Dei natum ge-
nuit hominem sit laus perennis. **Ver.** Vt fa-
cta est vox in auribus meis. **Resp.** Exultauit
infans in vtero meo. **Oratio.**

Omnipotēs sempiternæ Deus, qui ex a-
bundantia charitatis tuæ beatam Ma-
riam tuo filio impregnatam ad visitandum
Helizabet inspirasti, præsta quæsumus: vt
qui eius visitationē celebremus, ipsius præ-
cibus in præsentī ab omnibus aduersitati-
bus liberemur, Per Dominum.

¶ Ad Nonam.

Deus in adiu. **Domine ad adiu. Hymnus.**

Nascitur mundo verbū caro factū, So-
lis transcendens lux perfecta, tenebris
lucem capere quam sui generis nolunt.

Gloriam Deo, pacem terræ cantat chorus





cælorum, lux oritur noua, custodes gregis
cantus Angelorum audiunt nocte.

Pastores currunt cantus audientes, natum
videre pãnis inuolutum: Mariæ natum vi-
dent in præsepe, redeunt læti.

Gloria Patri, Genitæque p̃li: Flamini s̃c̃to
virginique matri, q̃ dei natũ genuit hoĩem
sit laus perennis. **Versus.** Verbum caro fa-
ctũ est. **Resp.** Et habitauit in nobis. **Oratio**
Deus qui salutis æternæ beatæ. &c. vt sup.

¶ Ad Vesperas.

Deus in adiutorium. **D**omine ad adiuuan.

Gloria Patri. **S**icut erat. **Hymnus.**

Forte dum vides ortũ vitæ mori, quis,
quantus dolor, gladius pertransit ani-
mam tuã genitrix tu Vitæ, o clemēs mater.

Corporis nati videns plagas, latus, sangui-
nis fluxum, derisorũ verba: lachrymas tun-
dens tunc subiaces humo, tu pia mater.

Me tecum flere plagasque sentire genitrix
dona tua prece nati: lancea, clavis, Cruce,
spinis pungi, fac dulcis mater.

Gloria Patri, Genitæque p̃li: Flamini san-
c̃to, virginique matri, quæ Dei natum ge-
nuit hominem, sit laus perennis. **Vers.** Hic
positus est in ruinam. **Resp.** Et tuam ipsius
animam pertransiuit gladius. **Oratio.**

Interueniat p̃ nobis Domine Iesu Chri-
ste nunc & in hora mortis nostræ apud
tuam clementiam gloriosissima virgo Ma-





ria mater tua: cuius sacratissimā aīam in ho-
ra passionis tuę doloris gladius p̄transiuit,
Qui uiuis. **¶ Ad Completorium**

Conuerte nos Deus saluta. **E**t auerte.

Deus in adiu. **D**omine ad ad. **Hymn?**

Reginę cęlie domo defertur Iosaphat
corpus, nihil reperitur ni locus: in quo
mannaque de cęlo ibidem esse.

Credimus p̄ie Sanctorum cum choris Ie-
sum uenisse, Deo iubilantes animā corpus
simul sociantes, in summo cęlo.

Trininitas sancta suscipiens matrē fertis co-
ronat terdenis centenis: gaudium semper
iubilus in æuum, sit tibi mater.

Gloria Patri Genitæque p̄li: Flamini san-
cto uirginique matri, quę Dei natum ge-
nuit hominem, sit laus perennis. **Vcr.** Exal-
tata es sancta Dei genitrix. **Resp.** Sup cho-
ros anglorum ad cęlestia regna. **Oratio.**

Supplicationē seruorū tuorum apud tuā
clementiā Dei genitrix commēdet ora-
tio: quam iccirco de p̄senti seculo trans-
tulisti: ut pro peccatis nostris apud te fidu-
cialiter intercedat, Per Dominum.

¶ Symbolum Achanasij.

Quicumque uult saluus esse: ante omnia
opus est ut teneat catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram in-
uiolatāque seruauerit: absque dubio in æ-
ternum peribit.





Fides autem catholica hæc est: vt vnū Deū
in Trinitate, & Trinitatem in vnitatem ve-
neremur.

Neque confundētes personas: neque sub-
stantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia Filij: alia
Spiritus sancti.

Sed Patris & Filij & Spiritus sancti vna est
diuinitas: æqualis gloria, coæterna maiestas.

Qualis Pater, talis Filius: talis Spiritus
sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius: increa-
tus Spiritus sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius, immen-
sus Spiritus sanctus.

Æternus Pater, æternus Filius: æternus
Spiritus sanctus.

Et tamen non tres æterni: sed vnus æ-
ternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi:
sed vnus increatus & vnus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens
Filius: omnipotens Spiritus sanctus.


Et tamen non tres omnipotētes: sed vnus
omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius: Deus Spiritus
sanctus.

Et tamen non tres dii: sed vnus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius: Do-
minus Spiritus sanctus.





Et tamen non tres Domini: sed vnus est Dominus.

Quia sicut sigillatim vnamquamque personam, Deum ac Dominum confiteri Christiana veritate compellimur: ita tres Deos ac dominos dicere catholica religione prohibemur.

Pater a nullo est factus: nec creatus, nec genitus.

Filius a Patre solo est: non factus, nec creatus, sed genitus.

Spiritus sanctus a Patre & Filio est: non factus, nec creatus, nec genitus, sed pcedēs.

Vnus ergo Pater, non tres patres: vnus Filius, nō tres filij: vnus Spiritus sanctus, nō tres Spiritus sancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus: sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales.

Ita vt per omnia (sicut iam supradictū est) & vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitatem veneranda sit.

Qui vult ergo saluus esse: ita de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad æternam salutē: vt Incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat.

Est ergo fides recta: vt credamus & confitemur quia Dominus noster Iesus Christus Dei Filius, Deus & homo est.





Deus est, ex substantia Patris ante secula genitus: & homo est, ex substantia matris in seculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationali & humana carne subsistens.

Aequalis Patri secundum diuinitatem: minor Patre, secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit & homo: nõ duo tamẽ, sed vnus est Christus.

Vnus autem, non conuersione diuinitatis in carnem: sed assumptione humanitatis in Deum.

Vnus omnino, non confusione substantiæ: sed vnitæ personæ.

Nã sicut anima rationalis & caro, vn^o est homo: ita Deus & homo, vnus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad interos: tertia die resurrexit a mortuis.

Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est iudicare viuos & mortuos.

Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habet cum corporibus suis: & redditori sunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui vero mala, in ignem æternum.

Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit: saluus esse non poterit.

Gloria Patri, & Filio. **S**icut erat in princi.





Ad Deum Oratio.

Sinceram puro nobis in corpore mentem
Concedas hic dum viuimus alme Deus.



Antifs. Dominus in Christo Pa
pa Clemens v i i. Et Christia-
nifs. Rex Franciscus Primus,
Oliuerio Mallardo Bibliopola,
ac typographo Regio Parrhisiis habitan-
ti morem gerere volentes, Sanxerunt Ne
quis alius ab ipso Mallardo infra Decēniū
imprimat, aut quouis modo imprimi curet,
seu vānundet huiusmodi Coronamenta,
cum suis omnibus aliis quibuscunque figu-
ris Exemplaria Horis Beatæ MARIAE cete-
risque Libris imprimendis seruiencia, Sub
pœna Sententię Excōmunicationis ab ip-
so Papa late. Et edicto regio sub prena Mul-
tę Viginti quinque Marcharum Argenti,
Cum integra confiscatione Voluminum
omnium contra Mandatum aliquatenus
impressorum.

Vltra Decennium, Rex ipse Proroga-
tionem Sex annorum, Et iterum Quatuor
etiam Annorum addidit: vt in Diploma-
tibus ipsis ad hoc obtentis, latissime patet.



MENTI BONAE
DEVS OCCVRRIT

SIC

VT

Parrhisij, ex Officina Oliue-
rij Mallard Regij impressoris,
Ad insigne vasis effracti. Anno Sa-
lu. M. D. XLII. Mense Augusti.



Effracti Lector subeas insignia
vasis.
Egregios flores vt tibi habere
queas.



Soli Deo Laus Ho-
nor, & Gloria.

ROUVO NACIONAL

TORRE DO TOMBO

RES
6437

